OFFICIUM NATALIS DOMINI IUXTA RITUM MISSALE, & BREUIARIUM...

Chiesa cattolica, D.G.Z.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
RA
413
ROMA



OFFICIVM
NATALIS
DOMINI

Iuxta Ritum Miſſale, & Breuiarium Romanum.

Cum Indulgentiis.

ROMAE, Apud Iacobum Maſcardum.
Sumptibus Franciſci Baglierii. 1610.

SVPERIORVM PERMISSV.

RAH13

BIBLIOTECA N
ROMA


AM

Imprimatur, ſi videbitur R. P. M. ſacri Palatij Apoſtolici.

Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Thomas Pallauicinus Bonon. Magiſter, & Reuerendiſs. P. Fr. Ludouici Yſtella Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri ſocius Ord. Prædicatorum.



AL MOLTO ILLVSTRE
Et Reuerendiſsimo Signore
IL SIGNOR
DIONISIO SIMONE
DE MARCMONTE.

ESſendomi da più perſone dimandato l'Officio della Natiuità di N. Signore ſecondo la riforma del Meſſale, & Breuiario Romano, & non ritrouandoſene di ſtampati mi ſon riſoluto di farlo riſtampare, & adornarlo d'alquante figure in Rame, appropriate a queſto Santiſſ.Officio. Et perche è ſolito di chi fà ſtampare alcune opere di dedicarle à qualche perſona che pi

gli la tutela, & protettione di detta opera; ho penſato non trouar perſona alcuna à chi più che à V.S. Molt. Ill. & Reuerendiſſ. ſi conuenga, non che defenda l'opera, eſſendo da ſe baſtante à difenderſi, ma vn ſuo ſeruitore, & patriotta, da qualcheduno che la voleſſe di preſuntione tacciare. Accetti dunque V.S. M. Illuſtre, & Reuerendiſſ. la diuotione di detto Offitio, & la ſeruitù de chi deſidera in ogni occaſione ſeruirlo. Di Roma il di 18. di Decembre. 1609.

D. V. S. molt. Illuſtr. & Reuerend.

Humiliſſ. Seruitore

Franceſco Baglier Parigino.

SVMMARIVM

INDVLGENTIARVM

A S. D. N. D. Xyſto Papa V
conceſſarum audientibus, v
in Eccleſia recitantibus Off
cium Natalis Domini.

XYSTVS PAPA V.

VNiuerſis Chriſtifi
delibus præſente
litteras inſpectu
ris. Salutem, &
Apoſtolicam be
nedictionem. V
fidelium deuotio augeatur, & ani
marum ſaluti conſulatur, fideles
ipſos ad pia opera exercenda pe
cæleſtes Eccleſiæ theſauros liben

er inuitamus, vt exinde ipſi feli-
citatis ęternę pręmia facilius con-
ſequi mereantur. Cum itaque ſicut
accepimus, dilectus filius Proſper
Santinus Romanus ad omnium fi-
delium commoditatem, & ſpiri-
tualem conſolationem ex Miſſali,
& Breuiario Romano officium di-
uinum, tam nocturnum, quam
diurnum feſti Natiuit. D. N. Ieſu
Chriſti in Eccleſijs recitari, & ce-
lebrari ſolitum diſtinctè in vnum
volumen digeſtum compilauerit,
illudque reuiſum, & recognitum
de licentia ſuperiorum in lucem
edere deſideret. Nos cupientes, vt
dictum officium ab ipſis fidelibus
maiori cum deuotione, & eo liben-
tius recitetur, quo ex hoc cæleſtis
gratiæ dono conſpexerint ſe vbe-

rius

rius eſſe refectos. De omnipoten-
tis Dei miſericordia, ac beatorum
Petri, & Pauli Apoſtolorum eius
auctoritate confiſi, vniuerſis, &
ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifi-
delibus, qui vere pœnitentes, &
confeſſi, ac dictô die feſto ſacra
Communione refecti Matutino
officio Centum, & Miſſæ ſacrificio
etiam Centum, necnon in primis
ſimiliter Centum, ac ſecundis Ve-
ſperis totidem, Primæ vero, Tertię,
Sextæ, & Nonæ horarum atque
Completorij officijs eiuſdem feſti
in quacunque Eccleſia celebran-
dis, ſeu recitandis perſonaliter in-
terfuerint, pro vnaquaque ex ho-
ris huiuſmodi quadraginta annos
de eis iniunctis, aut alias quomo-
dolibet debitis pœnitentijs aucto-

ritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in Domino relaxamus. Præſentibus, perpetuis, futuris temporibus duraturis. Volumus autem, & præfata auctoritate decernimus, quod earundem præſentium tranſumptis, etiam in dicto volumine impreſſis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris. Die xxij. Octobris. M.D.LXXXII. Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

PER

PER LA NATIVITA
del Signore.

I.

VIddi vna Verginella che ſi ſtaua
In vna Cappanella
Et Gieſu contemplaua.
Figlio dicea del ſommo eterno Padre
Et figlio hoggi ancor mio,
Che ben ti ſono madre
Se t'ho generato io,
Come mirando nel tuo dolce uiſo
Mi s' apre il paradiſo.
Coſi dicendo fiſſo lo miraua.

II.

Dunque è pur uero ch'io tengo nel
ſeno
Quel diuino Teſoro,
Che fà beato à pieno
Tutto il celeſte choro,
Tanto ch'io mouo ad amoroſo zelo
Gl' Angioli ancor del Cielo:
Coſi dicendo ſtretto l'abbracciaua
La pura Verginella, che ſi ſtaua
In una Cappanella,
Et Gieſu contemplaua.

III.

O me felice ſopra ogn'altra in terra,
Che ſtringo le tua membra,
Se non fuſſe la guerra
Ch'un ſoſpir mi rimembra,

Se

Se non fuſſe ch'à tẽpo, ahi dura ſort
Mi priua acerba morte.
Coſi dicendo forte lagrimaua
L'Afflitta Verginela, che ſi ſtaua
In una Cappanella,
Et Gieſu contemplaua.



Miſerere mei Deus.

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI.

Ad Veſperas. Duplex.

Pater noſter. Aue Maria.

DEVS in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Alleluia.

Antiph. Rex pacificus magnificatus eſt, cuius vultum deſiderat vniuerſa terra. ꝟ.

Pſalmus 109.

DIxit dominus domino m
ſede a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos: ſ
bellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet D
minus ex Sion: dominare in me
inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtu
tuæ in ſplendoribus ſanctorum:
vtero ante luciferum genui te.
Iurauit Dominus, & non pœni
bit eum: tu es ſacerdos in æternu
ſecundum ordinem Melchiſedec
Dominus a dextris tuis: confr
git in die iræ ſuæ reges.
Iudicabit in nationibus impleb
ruinas: conquaſſabit capita in
terra multorum.
De torrente in via bibit: propt

rea

rea exaltauit caput.

Gloria Patri,& Filio,&c.

Antiph. Rex pacificus magnificatus eſt, cuius vultum deſiderat vniuerſa terra.

Antiph. Magnificatus eſt rex pacificus ſuper omnes reges vniuerſæ terræ.7:

Pſalmus 110.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in conſilio iuſtorum,& congregatione.

Magna opera Domini: exquiſita in omnes voluntates eius.

Confeſſio & magnificentia opus eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Memoriam fecit mirabilium ſuorum,miſericors, & miſerator Dominus:eſcam dedit timentibus ſe

Memor erit in ſæculum teſtamen

i ſui : virtutem operum ſuorum,
annunciabit populo ſuo.
V t det illis hæreditatem gentium.
opera manuum eius, veritas, & iu
dicium.
F idelia omnia mandata eius con-
firmata in ſæculum ſæculi : facta
in veritate, & æquitate .
R edemptionem miſit populo ſuo :
mandauit in æternum teſtamen-
tum ſuum.
S anctum, & terribile nomen eius:
initium ſapientiæ timor Domini.
I ntellectus bonus omnibus fa
cientibus eum : laudatio eius ma-
net in ſæculum ſæculi.
G loria Patri, & Filio, &c.
Antiph. Magnificatus eſt rex pa-
cificus ſuper omnes reges vniuer-
ſæ terræ.

Antiph. Completi ſunt dies Mariȩ vt pareret filium ſuum primogenitum. ℣. Pſalmus 111.

BEatus vir, qui timet Dominum in mandatis eius volet nimis.

Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Exortum eſt in tenebris lumen rectis: miſericors, & miſerator, & iuſtus.

Iucundus homo qui miſeretur, & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio: quia in æternum non commouebitur.

In memoria æterna erit iuſtus ab auditione mala non timebit.

P aratum cor eius ſperare in Domino, confirmatum eſt cor eius non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.

D iſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi: cornu eius exaltabitur in gloria

P eccator videbit, & iraſcetur, dẽtibus ſuis fremet & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit.

G loria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. S icut erat, &c.

Antiph. Completi ſunt dies Mariæ vt pareret filium ſuum primogenitum.

Antiph. Scitote quia prope eſt regnum Dei: amen dico vobis quia non tardabit. ℣. Pſal. 112.

L Audate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc, nunc, & vſque in ſæculum.
A ſolis ortu vſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.
Excelſus ſuper omnes gentes Dominus: & ſuper cælos gloria eius.
Quis ſicut dominus Deus noſter? qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cælo, & in terra.
Suſcitans a terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.
Gloria Patri, &c.
Antiph. Scitote quia prope eſt regnum Dei: amen dico vobis, quia non tardabit.
Antiph. Leuate capita veſtra:

ecce appropinquat redemptio veſtra. *Pſalmus 116.*

LAudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, &c.

Antiph. Leuate capita veſtra: ecce appropinquat redemptio veſtra.

Capitulum.

APparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.

℟. Deo gratias. Hymnus.

CHriſte redemptor omnium,
Ex patre patris vnice,

Solus ante principium,
Natus ineffabiliter.
T u lumen, tu ſplendor patris,
Tu ſpes perennis omnium,
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.
M emento ſalutis auctor,
Quod noſtri quondam corporis
Ex illibata virgine
Naſcendo formam ſumpſeris.
S ic præſens teſtatur dies
Currens per anni circulum,
Quod ſolus a ſede patris
Mundi ſalus adueneris.
H unc cælum, terra, hunc mare,
Hunc omne, quod in eis eſt
Auctorem aduentus tui
Laudans exultat cantico.
N os quoque, qui ſancto tuo
Redempti ſanguine ſumus,

Ob diem natalis tui
Hymnum nouum concinimus.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

℣. Craſtina die delebitur iniquitas terræ. ℟. Et regnauit ſuper nos Saluator mundi.

Ad Magnificat Antiphona.

Cum ortus fuerit ſol de cælo, videbitis regem regum procedentem à patre, tamquam ſponſum de thalamo ſuo. ℣.

Canticum beatæ Mariæ Virginis.

MAgnificat anima mea Dominum.

Et exultauit ſpiritus meus: in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancil-

læ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.

Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachió ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.

Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini eius in ſæcula.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Cum ortus fuerit ſol de

cælo, videbitis regem regum procedentem à Patre, tamquam ſponſum de thalamo ſuo.

℣. Domine exaudi orationẽ meã.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Concede quæſumus omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meã

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Fi-

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.
℟. Amen. Pater noſter. Secreto.
℣. Dominus det nobis ſuam pacem. ℟. Et vitam æternã. Amen.

Antiphona. Flexis genibus.

ALma Redemptoris mater, quæ per via cæli
Porta manes, & ſtella maris, ſuccurre cadenti,
Surgere qui curat, populo. Tu quę genuiſti,
Natura mirante, tuum ſanctum genitorem,
Virgo prius ac poſterius, Gabrielis ab ore
Sumens illud Aue, peccatorum miſerere.

℣. Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix in-

ter-

tercede pro nobis. Oremus.

DEus qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, &c. ℟. Amen.

℣. Diuinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

AD COMPLETORIVM.

℣. Iube Domne benedicere.

Benedictio. Noctem quietam, & finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens. ℟. Amen.

Lectio.

FRatres, ſobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter

Diabolus tanquam leo rugiens
circuit quærens quem deuoret, cui
reſiſtite fortes in fide. Tu autem
Domine miſerere nobis. ℟. Deo
gratias.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram.

Pater noſter. totum Secreto.

Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Michaeli Archangelo, Beato Ioanni Baptiſtę, Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, omnibus Sãctis, quia peccaui nimis cogitatione, viſu, verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beatam Mariam ſemper Virginem, Beatum Michaelem Archangelum, Beatum

Ioannem Baptiſtam, ſanctos Apoſtolos, Petrum & Paulũ, omnes ſanctos orare pro me ad Dominum Deum noſtrum. ℟. Deo gratias.
℣. Miſereatur noſtri omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis noſtris, perducat nos Dominus ad vitam æternam. ℟. Amen.
℣. Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum, tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus.
℟. Amen.
℣. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. ℟. Et auerte iram tuam a nobis.
℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiri-

ui ſancto. ℞. Sicut erat in princi-
pio & nunc, & ſemper, & in ſæcula
ſæculorum. Amen. Alleluia.

Antiph. Miſerere. Pſal. 4.

CVm inuocarem, exaudiuit me
Deus iuſtitiæ meæ: in tribu-
atione dilataſti mihi.

Miſerere mei: & exaudi oratio-
nem meam.

Filij hominum vſquequò graui
corde? vt quid diligitis vanitatem,
& quæritis mendacium?

Et ſcitote, quoniam mirificauit
Dominus ſanctum ſuum: Domi-
nus exaudiet me, cum clamauero
ad eum.

Iraſcimini, & nolite peccare: quæ
dicitis in cordibus veſtris, in cubi-
libus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, &

ſpe-

ſperate in domino: multi dicun
quis oſtendit nobis bona?
S ignatum eſt ſuper nos lumen vu
tus tui Domine: dediſti lætitia
in corde meo.
A fructu frumenti, vini, & olei, ſu
multiplicati ſunt.
I n pace in idipſum: dormiam,
requieſcam.
Q uoniam tu Domine ſingularit
in ſpe: conſtituiſti me.
G loria Patri, &c. Pſalmus 30.
IN te Domine ſperaui, non co
fundar in æternum: in iuſtit
tua libera me.
I nclina ad me aurem tuam: acc
lera, vt eruas me.
E ſto mihi in Deum protectorer
& in domum refugij: vt ſaluum
me facias.

Q uo-

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me Domine Deus veritatis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 90.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet domino, ſuſceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantiũ: & a verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi : & ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circūdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno.

A ſagitta volante in die a negoci perambulante in tenebris : ab in curſu, & dæmonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis conſiderabis : & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandau

de te : vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

I n manibus portabunt te : ne forté offendas ad lapidem pedem tuum.

S uper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis : & conculcabis leonem, & draconem.

Q uoniam in me ſperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

C lamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

L ongitudine dierum replebo eum & oſtendam illi ſalutare meum.

G loria Patri, &c. Pſal. 143.

E Cce nunc benedicite Dominum : omnes ſerui Domini.

Q ui ſtatis in domo domini : in

atriis domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: & benedicite Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion qui fecit cœlum & terram.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Miſerere mihi Domine, & exaudi orationem meam.

Hymnus.

TE lucis ante terminum
Rerum creator poſcimus,
Vt ſolita clementia
Sis præſul ad cuſtodiam.

Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata,
Hoſtemq; noſtrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de virgine,

Cum Patre & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

TV autem in nobis es Domine: & nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos ; ne derelinquas nos Domine Deus noſter. ℟. Deo gratias.

℟. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum . In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.

℣. Redemiſti nos Domine Deus veritatis. ℟. Commendo ſpiritum meum.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto . In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.

℣. Cuſtodi nos Domine vt pupillam oculi . ℟. Sub vmbra alarum tuarum protege nos.

Antiph. Salua nos.

Canticum Simeonis.

NVnc dimittis ſeruum tuum Domine: ſecundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum.

Quod paraſti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Iſrael.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat, &c.

Ant. Salua nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormientes: vt vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

VIſita, quæſumus Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum noſtrum, &c.

℣. Domine exaudi orationē meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.

Benedictio. Benedicat & cuſtodiat nos omnipotens, & miſericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. ℟. Amen.

Deinde dicitur Antiphona.

ALma Redeptoris Mater, quæ per via cœli Porta manes,

& ſtella maris, ſuccurre cadenti, Surgere qui curat, populo. Tu quæ genuiſti, Natura mirante tuum ſanctum genitorem: Virgo prius ac poſterius, Gabrielis ab ore ſumens illud Aue, peccatorum miſerere.

℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus.

DEus, qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat

in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnĩa ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Diuinum auxiliũ maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

Qua finita dicitur, Pater noſter, Aue Maria, & Credo, *Secreto.*



IN NATIVITATE DOMINI.

AD MATVTINVM.

Pater noſter, Aue Maria, & Credo in Deum. dicuntur ſecreto.

DOmine labia mea aperies. ℟. Et os meum annunciabit laudem tuam. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen. Alleluia.

Inuitatorium. Chriſtus natus eſt

nobis. Venite adoremus. Repetitur. Chriſtus natus eſt nobis. Venite adoremus.

Pſalmus 94.

VEnite exultemus domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis, iubilemus ei. Chriſtus natus eſt nobis. Venite adoremus.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes deos: quoniam non repellet dominus plebem ſuam: quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit. Venite adoremus.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus, &

pro-

procidamus ante Deum, ploremus coram domino,qui fecit nos, quia ipſe eſt dominus Deus noſter: nos autem populus eius, & oues paſcuę eius.

Chriſtus natus eſt nobis. Venite adoremus.

Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt & viderunt opera mea. Venite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, ſemper hi errant corde, ipſi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

Chriſtus natus eſt nobis. Venite adoremus.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Venite adoremus. Chriſtus natus eſt nobis. Venite adoremus. Hymnus.
Chriſte redemptor omnium.
vt ſupra in Veſperis. fol. 22.
In primo nocturno. Antiphona.
Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. ℣.

Pſalmus 2.

QVare fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania?
Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

irumpamus vincula eorum: & roijciamus à nobis iugum ipſo-um.
ui habitat in cęlis irridebit eos: dominus ſubſannabit eos.
unc loquetur ad eos in ira ſua:& n furore ſuo conturbabit eos.
go autem conſtitutus ſum rex ab o, ſuper Sion montem ſanctum e-us: prædicans præceptum eius.
ominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.
oſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & poſſeſſionem uam terminos terrę.
eges eos in virga ferrea: & tan-quam vas figuli confringes eos.
t nunc reges intelligite: erudimi-ni, qui iudicatis terram.
eruite domino in timore:& exul-

ta-

tate ei cum tremore.

Apprehen dite diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus: & pereatis de via iuſta.

Cum exarſerit in breui ira eius: beati omnes, qui confidunt in eo.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Ant. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Antiph. Tamquam ſponſus dominus procedens de thalamo ſuo. ℣.

Pſalmus 18.

CAeli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelæ neq; ſermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In ſole poſuit tabernaculū ſuum: & ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam: a ſummo cælo egreſſio eius.

Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

Lex domini immaculata conuertens animas: teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.

Iuſtitiæ domini rectæ lætificantes corda: præceptum domini lucidum illuminans oculos.

Timor domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi: iudicia

domini vera iuſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel, & fauum.

Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo.

Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Domine adiutor meus: & redemptor meus.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Tamquam ſponſus dominus procedens de thalamo ſuo.

Antiph. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Pſalmus 44.

ERuctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribæ: velociter ſcribentis.

Speciosus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo: ſuper fœmur tuum potentiſſime.

Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna.

Propter veritatem, & manſuetu

dinem, & iuſtitiam : & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutę : populi ſub te cadent in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in ſęculum ſæculi : virga directionis, virga regni tui.

Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem : propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię prę conſortibus.

Myrrha, & gutta, & caſia a veſtimentis tuis, a domibus eburneis : ex quibus delectauerunt te filię regum in honore tuo.

Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato : circundata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum

tuum: & domum patris tui.

E t cõcupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

E t filię Tyri in muneribus : vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

O mnis gloria eius filię regis ab intus : in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.

A dducentur regi virgines poſt eã: proximę eius afferentur tibi.

A fferentur in lætitia, & exultatione : adducentur in templum regis.

P ro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

M emores erunt nominis tui : in omni generatione, & generationẽ.

ropterea populi confitebuntur tibi in ęternum : & in ſęculum ſęculi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

℣. Tamquam ſponſus. ℟. Dominus procedens de thalamo ſuo.

Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.

Abſolutio.

EXaudi domine Ieſu Chriſte preces ſeruorum tuorum, & miſerere nobis : Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſęculorum. ℟. Amen.

℣. Iube domne benedicere. Bñō.

℟. Benedictione perpetua : bene

dicat nos Pater æternus.

℟. Amen.

Tres ſequentes lectiones Iſaiæ leguntur ſine titulo.

Lectio j. *cap. 9.*

PRimo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtali; & nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galileæ gentium. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quãdo diuidunt ſpolia; Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſupera-

ſti, ſicut in die Madiam. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem & cibus ignis. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, cōſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. Tu autem domine miſerere nobis.

℟. Deo gratias.

℟. Hodie nobis cælorum rex de Virgine naſci dignatus eſt, vt hominem perditum ad cæleſtia regna reuocaret. Gaudet exercitus angelorum: quia ſalus æterna humano generi apparuit.

℣. Gloria in excelſis Deo, & in

terra pax hominibus bonæ voluntatis. ℟. Gaudet exercitus Angelorum: quia ſalus æterna humano generi apparuit.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Et iterum repetitur.

℟. Hodie nobis cælorum rex de Virgine naſci dignatus eſt, vt hominem perditum ad cæleſtia regna reuocaret. Gaudet exercitus angelorum: quia ſalus æterna humano generi apparuit.

℣. Iube domne benedicere. Bño.

℟. Vnigenitus Dei filius: nos benedicere, & adiuuare dignetur.

℟. Amen. Lectio ij.

COnſolamini, conſolamini popule meus, dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa

eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: Suſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto: Parate viam domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltabitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum eſt. Vox dicentis; Clama. Et dixi; Quid clamabo? Omnis caro fœnum; & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos; quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Vere fœnum eſt populus. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos; verbum autem domi-

ni

ni noſtri manet in æternum. Tu autem domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Hodie nobis de cœlo pax vera deſcendit. Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt cœli. ℣. Hodie illuxit nobis dies redemptionis noſtræ, reparationis antiquæ, fœlicitatis æternæ. ℟. Hodie per totũ mundum melliflui facti ſunt cæli.

℣. Iube domne benedicere. Bñ o.

℟. Spiritus ſancti gratia illuminet ſenſus & corda noſtra. ℟. Amen.

Lectio iij.

COnſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion: induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem ciuitas ſancti: quia non adijcient vltra, vt pertranſeat per te incircunciſus, & immundus. Eſcu-

tere te de puluere: conſurge, ſede Ieruſalem: ſolue vincula colli tui captiua filia Sion: quia hæc dicit Dominus Deus. Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini, quia hæc dicit Dominus, In Ægyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Et nunc quid mihi eſt hic, dicit Dominus: Quoniam ablatus eſt populus meus gratis: dominatores eius inique agunt dicit Dominus: & iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℞. Deo gratias. ℞. Quem vidiſtis pa-

ſtores ? dicite, annunciate nobis: in terris, quis apparuit ? Natum vidimus & choros Angelorum collaudantes dominum. ℣. Dicite quidnam vidiſtis ? & annunciate Chriſti natiuitatem. ℟. Natum vidimus, & choros Angelorũ collaudantes dominum. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Natum vidimus, & choros Angelorum collaudantes Dominum.

In ſecundo Nocturno. Antiph.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.

Pſalmus 47.

MAgnus Dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius.

Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion: latera Aquilonis,

ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoſcetur: cum ſuſpiciet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt: cōuenerunt in vnum.

Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.

Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam: in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius.

Ponite corda veſtra in virtute eius, & diſtribuite domos eius; vt enarretis in progenie altera.

Quoniam hic eſt Deus Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi: ipſe reget nos in ſæcula.

Gloria Patri,& Filio,&c.

Antiph. Suſcepimus Domine miſericordiam tuam in medio templi tui.

Antiph. Orietur in diebus Domini abundantia pacis, & dominabitur.

Pſalmus 71.

DEus iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iuſtitia: & pauperes tuos in iudicio.
Suſcipiant montes pacem populo: & colles iuſtitiam.
Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum ſole, & ante lunam: in generationem, & generationem.
Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.
Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari vſque ad mare: & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident Aethiopes:

& inimici eius terram lingent.
Reges Tharſis & inſulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberabit pauperem à poten te: & pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.
Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.
Erit firmamẽtum in terra in ſummis montium: ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius: & flore-

ciuitas regis magni.

Deus in domibus ei
tur : cum ſuſpiciet e

Quoniam ecce reg
gregati ſunt: cōuene

Ipſi videntes ſic a
conturbati ſunt, com
mor apprehendit eo

Ibi dolores vt partu
ritu vehementi co
Tharſis.

Sicut audiuimus, ſi
ciuitate Domini virt
tate Dei noſtri: Deus
in æternum.

Suſcepimus Deus
tuam : in medio tem

Secundum nomen t
& laus tua in fines
plena eſt dextera tua

iquitatem plebis tuæ :
nia peccata eorum.
nnem iram tuã : auer-
ıdignationis tuæ.
os Deus ſalutaris no-
te iram tuam a nobis.
æternum iraſceris no
endes iram tuam a ge-
generationem ?
ıerſus viuificabis nos :
lætabitur in te .
ɔis domine miſericor-
ſalutare tuũ da nobis .
d loquatur in me do-
s : quoniam loquetur
ebem ſuam .
ıctos ſuos : & in eos qui
ır ad cor.
n prope timentes eum
us : vt inhabitet glo-

eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: Suſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto: Parate viam domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltabitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum eſt. Vox dicentis; Clama. Et dixi; Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos; quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Vere fœnum eſt populus. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos; verbum autem domi-

ni noſtri manet in æternum. Tu autem domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Hodie nobis de cœlo pax vera deſcendit. Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt cœli. ℣. Hodie illuxit nobis dies redemptionis noſtræ, reparationis antiquæ, fœlicitatis æternæ. ℟. Hodie per totũ mundum melliflui facti ſunt cæli.

℣. Iube domne benedicere. Bñō. ℟. Spiritus ſancti gratia illuminet ſenſus & corda noſtra. ℟. Amen.

Lectio iij.

CONſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion: induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem ciuitas ſancti: quia non adijcient vltra, vt pertranſeat per te incircuncicíus, & immundus. Eſcu-

tere te de puluere: conſurge, ſede Ieruſalem: ſolue vincula colli tui captiua filia Sion: quia hæc dicit Dominus Deus. Gratis venundari eſtis, & ſine argento redimemini, quia hæc dicit Dominus, In Ægyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Et nunc quid mihi eſt hic, dicit Dominus: Quoniam ablatus eſt populus meus gratis: dominatores eius inique agunt dicit Dominus: & iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Quem vidiſtis pa-

ſtores? dicite, annunciate nobis: in terris, quis apparuit? Natum vidimus & choros Angelorum collaudantes dominum. ℣. Dicite quidnam vidiſtis? & annunciate Chriſti natiuitatem. ℟. Natum vidimus, & choros Angelorũ collaudantes dominum. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Natum vidimus, & choros Angelorum collaudantes Dominum.

In ſecundo Nocturno. Antiph.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.

Pſalmus 47.

MAgnus Dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius.

Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion: latera Aquilonis,

ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoſcetur: cum ſuſpiciet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt: conuenerunt in vnum.

Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.

Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam: in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius.

Ponite corda veſtra in virtute eius, & diſtribuite domos eius; vt enarretis in progenie altera.

Quoniam hic eſt Deus Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi: ipſe reget nos in ſæcula.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Suſcepimus Domine miſericordiam tuam in medio templi tui.

Antiph. Orietur in diebus Domini abundantia pacis, & dominabitur.

Pſalmus 71.

DEus iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iuſtitia: & pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiant montes pacem populo: & colles iuſtitiam.

Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum ſole, & ante lunam: in generationem, & generationem.

Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari vſque ad mare: & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Aethiopes:

& inimici eius terram lingent.
Reges Tharſis & inſulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberabit pauperem à potente: & pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.
Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.
Erit firmamētum in terra in ſummis montium: ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius: & flore-

bunt de ciuitate ſicut fœnum terræ.
Sit nomen eius benedictum in ſæcula: ante ſolem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dominus Deus Iſrael: qui facit mirabilia ſolus.
Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra, fiat, fiat.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Antiph. Orietur in diebus Domini abundantia pacis, & dominabitur.
Antiph. Veritas de terra orta eſt, & iuſticia de cælo proſpexit.

Pſalmus 84.

BEnedixiſti domine terrã tuã: auertiſti captiuitatem Iacob.

Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ : operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti omnem iram tuã : auertiſti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus ſalutaris noſter : & auerte iram tuam a nobis.

Numquid in æternum iraſceris nobis ? aut extendes iram tuam a generatione in generationem ?

Deus tu cõuerſus viuificabis nos : & plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis domine miſericordiam tuã:& ſalutare tuũ da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus Deus : quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos:& in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius : vt inhabitet glo-

ria in terra noſtra.

Miſericordia & veritas obuiaue- rũt ſibi: iuſtitia & pax oſculatę sũt.

Veritas de terra orta eſt: & iuſti- tia de cælo proſpexit.

Etenim Dominus dabit benigni- tatem: & terra noſtra dabit fru- ctum ſuum.

Iuſtitia ante eũ ambulabit: & po- net in via greſſus ſuos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit.

℣. Specioſus forma præ filijs ho- minum. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. Abſolutio.

IPſius pietas, & miſericordia nos adiuuet: qui cum Patre, &

Spi-

Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.
℣. Iube domne benedicere.
Benedictio. ℟. Deus Pater omnipotens, ſit nobis propitius, & clemens. ℟. Amen.

Sermo S. Leonis Papæ.

Serm. 1. de Natiuitate Domini.

Lectio iiij.

SAluator noſter, dilectiſſimi, hodie natus eſt: gaudeamus. Neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi natalis eſt vitæ: quæ conſumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promiſſa æternitate lætitiam. Nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur. Vna cunctis lætitiæ cõmunis eſt ratio, quia Dominus noſter peccati, mortisq. deſtructor, ſicut nullũ a reatu

liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit. Exultet ſanctus quia appropinquat ad palmam: gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam: animetur gentilis, quia vocatur ad vitam. Dei namque filius ſecũdum plenitudinem temporis, quã diuini conſilij inſcrutabilis altitudo diſpoſuit, reconciliãdam auctori ſuo naturam generis aſſumpſit humani, vt inuẽtor mortis diabolus, per ipſam, qua vicerat, vinceretur. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. O magnum myſterium, & admirabile ſacramentum, vt animalia viderent Dominum natum, iacentem in præſepio. Beata virgo, cuius viſcera meruerunt portare Dominum Chriſtum. ℣. Aue Ma

ria, gratia plena, Dominus tecum.
℟. Beata virgo, cuius viſcera meruerunt portare Dominum Chriſtum. ℣. Iube domne benedicere.
Benedictio. ℟. Chriſtus perpetuæ det nobis gaudia vitæ. ℟. Amen.

Lectio v.

IN quo conflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis iure certatum eſt: dum omnipotens Dominus cum ſæuiſſimo hoſte, nō in ſua maieſtate, ſed in noſtra congreditur humilitate, obijciens ei eandem formam, eandemque naturam: mortalitatis quidem noſtræ participem, ſed peccati totius expertem. Alienum quippe ab hac natiuitate eſt quod de omnibus legitur. Nemo mundus a ſorde, nec infans, cuius eſt vnius diei

vita ſuper terram. Nihil ergo in iſtam ſingularem natiuitatem de carnis concupiſcentia tranſiuit, nihil de peccati lege manauit. Virgo regia Dauidicę ſtirpis eligitur, quę ſacro grauidanda fœtu, diuinam humanamque prolem prius conciperet mente, quam corpore. Et ne ſuperni ignara conſilij ad inuſitatos paueret affatus: quod in ea operandũ erat a Spiritu ſancto, colloquio diſcit angelico: nec damnum credit pudoris, Dei genitrix mox futura. Tu autem Domine, miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. Beata Dei genitrix Maria, cuius viſcera intacta permanent. Hodie genuit Saluatorem ſæculi. ℣. beata quę credidit, quoniam perfecta ſunt omnia, quæ dicta ſunt ei a

Do

Domino. ℟. Hodie genuit Saluatorem ſæculi. ℣. Iube domne benedicere. Benedictio. ℟. Ignem ſui amoris accendat Deus in cordibus noſtris. ℟. Amen.

Lectio vj.

AGamus ergo dilectiſſimi gratias Deo Patri, per Filium eius in Spiritu ſancto, qui propter multam charitatem ſuam, qua dilexit nos, miſertus eſt noſtri: & cũ eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, vt eſſemus in ipſo noua creatura, nouum figmẽtum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus ſuis, & adepti participationem generationis Chriſti, carnis renunciemus operibus. Agnoſce, o Chriſtiane, dignitatem tuam, & diuinæ conſors fa

ctus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire. Memento, cuius capitis, & cuius corporis ſis membrum. Reminiſcere, quod erutus de poteſtate tenebrarum, tranſlatus es in Dei lumen & regnum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, neſcio. Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio cõtuliſti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. ℟. Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Quia quem cæli capere non poterant tuo gremio contuliſti. In iij. Nocturno. Antiph.

Ipſe inuocabit me, alleluia. Pater meus es tu, alleluia. 6

Pſalmus 88.

Miſericordias Domini: in æternum cantabo.

In generationem, & generationem: annunciabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixiſti, in æternum miſericordia ædificabitur in cælis: præparabit veritas tua in eis.

Diſpoſuiſti teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo: vſque in æternum præparabo ſemen tuum.

Et ædificabo in generationem, & generationem: ſedem tuam.

Confitebuntur Cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Eccleſia ſanctorum.

Q uoniam quis in nubibus æquabitur domino : ſimilis erit Deo in filijs Dei ?

D eus, qui glorificatur in concilio ſanctorum : magnus, & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu eius ſunt.

D omine Deus virtutum quis ſimilis tibi ? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

T u dominaris poteſtati maris : motum autem fluctuum eius tu mitigas.

T u humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbum : in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.

T ui ſunt cæli, & tua eſt terra : orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundaſti, Aquilonem, & mare tu creaſti.

Tabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.
Miſericordia & veritas pręcedent faciem tuam: beatus populus, qui ſcit iubilationem.
Domine in lumine vultus tui ambulabunt: & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.
Quia Domini eſt aſſumptio noſtra: & ſancti Iſrael regis noſtri.
Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis, & dixiſti: poſui adiutorium

in potente, & exaltaui electum de plebe mea.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cõfortabit eũ.

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam a facie ipſius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.

Et veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

Ipſe inuocabit me, pater meus es tu: Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ.

Et ego primogenitum ponam il-
um : excelſum præ regibus terræ.
In ęternum ſeruabo illi miſericor-
diam meam : & teſtamentum meũ
fidele ipſi.
Et ponam in ſæculum ſæculi ſe-
men eius : & thronum eius ſicut
dies cæli.
Si autem derelinquerint filij eius
legem meam : & in iudicijs meis
non ambulauerint.
Si iuſtitias meas profanauerint :
& mandata mea non cuſtodierint.
Viſitabo in virga iniquitates eo
rum : & in verberibus peccata eo-
rum .
Miſericordiam autem meam non
diſpergam ab eo : neque nocebo in
veritate mea .
Neque profanabo teſtamentum

meum: & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar: ſemen eius in æternum manebit.

Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo: & ſicut Luna perfecta in ęternum, & teſtis in cælo fidelis.

Tu vero repuliſti, & diſpexiſti: diſtuliſti Chriſtum tuum.

Euertiſti teſtamentum ſerui tui: prophanaſti in terra ſanctuarium eius.

Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes traſeuntes viam: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.

Exaltaſti dexteram deprimentiũ

eum: lætificaſti omnes inimicos eius.

A uertiſti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

D eſtruxiſti eum ab emundatione: & ſedem eius in terra colliſiſti.

M inoraſti dies temporis eius: perfudiſti eum confuſione.

V ſquequo Domine auertis in finem? exardeſcet ſicut ignis ira tua?

M emorare quæ mea ſubſtantia: numquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum?

Q uis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam ſuam de manu inferi?

V bi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine: ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?

M emor eſto Domine opprobrij

ſeruorum tuorum: quod continui in ſinu meo multarum gentium.

Quod exprobrauerunt inimici tui Domine: quod exprobrauerunt commutationem Chriſti tui.

Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Ipſe inuocabit me, alleluia, Pater meus es tu, alleluia.

Antiph. Lætentur cæli, & exultet terra, ante faciem Domini, quoniã venit.

Pſalmus 95.

CAntate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam

eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos.

Quoniam omnes dij gentium dæmona: Dominus autem cælos fecit.

Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione eius.

Afferte Domino patriæ gentium: afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hoſtias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.

Commoueatur a facie eius vniuerſa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnauit.

E tenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

L ætentur cæli, & exultet terra: commoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis ſunt.

T unc exultabũt omnia ligna ſyluarum a facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

I udicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate ſua.

G loria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Lætentur cæli, & exultet terra, ante faciem Domini: quoniam venit. Antiphona. Notũ fecit Dominus, alleluia, ſalutare ſuum, alleluia. Pſalm. 97.

C Antate Domino canticũ nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius : & brachium ſanctum eius.

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum : in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ : & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ : ſalutare Dei noſtri.

Iubilate Deo omnis terra : cantate,& exultate,& pſallite.

Pſallite Domino in cithara , in cithara,& voce pſalmi: in tubis ductilibus,& voce tubæ corneæ.

Iubilate in conſpectu regis Domini : moueatur mare , & plenitudo eius , orbis terrarum , & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu , ſimul montes exaltabunt a conſpectu

Domini : quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia : & populos in æquitate.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Aña. Notum fecit Dominus, alleluia, ſalutare ſuum alleluia.

℣. Ipſe inuocabit me alleluia.

℟. Pater meus es tu alleluia.

Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Abſolutio.

A Vinculis peccatorum noſtrorum : abſoluat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen. ℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. ℟. Euangelica lectio ſit nobis ſalus, & protectio.

℟. Amen.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Lucam. **Lectio vij.**

IN illo tempore: exijt edictum a Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſis orbis: & reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Homil. 8. *in Euangelia.*

QVia largiente domino Miſſarum ſolemnia ter hodie celebraturi ſumus, loqui diu de Euãgelica lectione non poſſumus: ſed nos aliquid vel breuiter dicere redemptoris noſtri Natiuitas ipſa cõpellit. Quid eſt, quod naſcituro domino mundus deſcribitur? niſi hoc quod aperte monſtratur: quia ille apparebat in carne, qui electos ſuos adſcriberet in æternitate? Quo contra de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de li

bro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Qui bene etiam in Bethleem naſcitur: Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipſe namque eſt, qui ait: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Locus ergo in quo Dominus naſcitur, domus panis antea vocatus eſt: quia futurum profecto erat, vt ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna ſatietate reficeret. Quia non in parentum domo, ſed in via naſcitur, vt profecto oſtenderet quia per humanitatem ſuam, quam aſſumpſerat, quaſi in alieno naſcebatur. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Beata viſcera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium: & bea-

ta vbera, quæ lactauerunt Chriſtum Dominum: quia hodie pro ſalute mundi de Virgine naſci dignatus eſt. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gentes, & adorate Dominum. ℞. Quia hodie pro ſalute mundi de Virgine naſci dignatus eſt. ℣. Iube domne benedicere. Benedictio. ℞. Per euangelica dicta deleantur noſtra delicta: ℞. Amen.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Lucam. Lectio viij.

IN illo tempore: Paſtores loquebantur ad inuicem: tranſeamus vſque Bethleem: & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis. & reliqua.

Homilia S. Ambroſij Epiſcopi.
Lib. 2. in cap. 2. Lucæ.

VIdete Eccleſiæ ſurgentis exordium. Chriſtus naſcitur, & paſtores vigilare cæperunt: qui gentium greges, pecudum more unte viuentes, in caulam Domini congregarent: ne quos ſpiritalium beſtiarum per offuſas noctium tenebras, paterentur incurſus. Et bene paſtores vigilant, quos bonus paſtor informat. Grex igitur populus, nox ſæculum, paſtores ſunt ſacerdotes. Aut fortaſſe etiam ille ſit paſtor, cui dicitur: Eſto vigilãs, & confirma: Quia non ſolum epiſcopos ad tuendum gregem Dominus ordinauit, ſed etiam angelos deſtinauit. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℟.

Ver-

Verbum caro factum eſt : & habitauit in nobis . Et vidimus gloriã eius: gloriam quaſi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ, & veritatis . ℣. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil . ℞. Et vidimus gloriam eius : gloriam quaſi vnigeniti a patre, plenum gratiæ, & veritatis.

℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto . ℞. Et vidimus gloriam eius : gloriam quaſi vnigeniti a patre, plenum gratiæ, & veritatis.

℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. ℞. Verba ſancti Euãgelij doceat nos Chriſtus filius Dei. ℞. Amen.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Ioannem. Lectio ix.

IN principio erat verbum, &

ver-

verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. & reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epiſcopi.

Tract. 1. in Ioannem circa medium.

NE vile aliquid putares, quale conſueuiſti cogitare, cum verba humana ſoleres Audire, audi quid cogites. Deus erat verbum. Exeat nunc neſcio quis infidelis Arianus: & dicat, quia verbum Dei factum eſt. Quomodo poteſt fieri, vt verbum Dei factum ſit, quando Deus per verbum fecit omnia? Si & verbum Dei ipſum factum eſt, per quod aliud verbum factum eſt? Si hoc dicis, quia hoc eſt verbum verbi, per quod factum eſt: illud: ipſum dico ego vnicum filium Dei. Si autem non dicis verbum verbi concede non factum: per quod fa-

cta ſunt omnia : Non enim per ſe-
ipſum fieri potuit , per quod facta
ſunt omnia crede ergo Euangeliſtę.
Tu autem Domine miſerere nobis.
℟. Deo gratias . Deinde dicitur :
T e Deum.

Hymnus Sanctorum Ambroſij & Auguſtini.

TE Deum laudamus : te Domi
num confitemur.
T e æternum Patrem : omnis terra
veneratur.
T ibi omnes Angeli : tibi cæli &
vniuerſæ poteſtates.
T ibi Cherubim & Seraphim : in-
ceſſabili voce proclamant .
S anctus , S anctus. S anctus Do
minus Deus Sabaoth.
P leni ſunt cæli & terra : maieſta-
tis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum: ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immenſæ maieſtatis.

Venerandum tuum verum: & vnicum filium.

Sanctum quoque paraclitum ſpiritum.

Tu rex gloriæ Chriſte.

Tu patris ſempiternus es filius.

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem: non horruiſti virginis vterum.

Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna cœlorum.

T u ad dexteram Dei ſedes: in gloria patris.

I udex crederis eſſe venturus.

T u ergo quęſumus tui famulis ſubueni: quos pretioſo ſanguine redemiſti.

A eterna fac cum ſanctis tuis: in gloria munerari.

S aluum fac populm tuum Domine: & benedic hereditati tuæ.

E t rege eos: & extolle illos, vſque in æternum.

P er ſingulos dies benedicimus te.

E t laudamus nomen tuum in ſæculum: & in ſæculum ſæculi.

D ignare Domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.

M iſerere noſtri Domine: miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos : quemadmodum ſperauimus in te.

In te Domine ſperaui : non confundar in æternum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet : quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, &c.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et

℟. Et clamor meus, &c.
℣. Benedicamus domino.
℟. Deo gratias.
Dicto. Benedicamus Domino: celebratur prima Miſſa poſt mediam noctem, vt in Ordinario, qua finita dicuntur Laudes.



Tranſeamus vſque Bethleem, & videa-
mus hoc Verbum.

IN NOCTE NATIVITATIS DOMINI.

MISSA PRIMA.

Statio ad S. Mariam Maiorem ad Præſepe.

Acceſſus Sacerdotis ad Altare.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Introibo ad altare Dei.

Miniſter reſpōdet:

Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Poſtea alternatim cum miniſtro dicit ſequentem pſalmum.

S. Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta, ab homine iniquo, & doloſo erue me.

M. Quia tu es Deus fortitudo mea; quare me repuliſti? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

S. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

M. Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

S. Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

M. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

S. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. M. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.
S. Introibo ad altare Dei.
M. Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.
S. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
M. Qui fecit cælum, & terram.
S. Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Marię ſemper virgini, beato Michaeli archangelo, beato Ioanni Baptiſtæ, Sanctis Apoſtolis, Petro, & Paulo, omnibus ſanctis, & vobis fratres quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor B. Mariam ſemper virginem, beatum Michaelem Ar-

changelum, beatum Ioannem Baptiſtam, ſanctos apoſtolos, Petrum & Paulum, omnes ſanctos, & vos fratres orare pro me ad dominum Deum noſtrum.

M. Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. S. Amen.

M. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ ſemper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis, Petro & Paulo, omnibus ſanctis, & tibi pater quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem

Baptiſtam, ſanctos apoſtolos Petrum, & Paulum, omnes ſanctos, & te Pater orare pro me ad Dominum Deum noſtrum. S. Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos ad vitam æternam. M. Amen.

S. Indulgentiam abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus. M. Amen.

S. Deus tu conuerſus viuificabis nos.

M. Et plebs tua lætabitur in te.

S. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

M. Et ſalutare tuum da nobis.

S. Domine exaudi orationem meã.

M. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.

Introitus. *Pſal.* 2.

DOminus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Pſalmus. *Ibidem.*

Quare frem uerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde repetitur introitus. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te.

S. KYrie eleiſon.
M. Kyrie eleiſon.
S. Kyrie eleiſon.
M. Chriſte eleiſon.
S. Chriſte eleiſon.

M. C hriſte eleiſon.
S. K yrie eleiſon.
M. K yrie eleiſon.
S. K yrie eleiſon.

G Loria in excelſis Deo , E t in terra pax hominibus bonæ voluntatis . L audamus te . B enedicimus te . A doramus te . G lorificamus te . G ratias agimus tibi propter magnam gloriã tuam. D omine Deus, Rex cęleſtis, Deus Pater omnipotens . D omine fili vnigenite Ieſu Chriſte . D omine Deus, agnus Dei filius Patris Q ui tollis peccata mundi , miſerere nobis . Q ui tollis peccata mundi , ſuſcipe deprecationem noſtram . Q ui ſedes ad dexteram Patris, Miſerere nobis . Q uoniam tu ſolus ſanctus . T u ſolus Dominus .

nus. Tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte. Cum ſancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

Oratio.

DEus, qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da quæſumus: vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus, eius quoque gaudijs in cælo perfruamur. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſæculorum. M. Amen.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Titum.

CAriſſime. Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobrie, & iuſte, & pie

viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Hęc loquere, & exortare in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Deo gratias.
Pſal. 109. Grad. Tecum principiũ in die virtutis tuę: in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te.
℣. Dixit Dominus Domino meo ſede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum. alleluia, alleluia.
Pſal. 2. ℣. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui

te,

te, alleluia. S. Dominus vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.
S. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.
M. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Exijt edictum a Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima, facta eſt a Pręſide Syrię Cirino. Et ibant omnes, vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudęam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quod eſſet de domo, & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore, pręgnante. Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium

ſuum primogenitum , & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio , quia non erat ei locus in diuerſorio . Et Paſtores erant in regione eadem vigilantes , & cu ſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum . Et ecce , angelus Domini ſtetit iuxta illos , & claritas Dei circumfulſit illos , & timuerunt timore magno . Et dixit illis Angelus . Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum , quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator , qui eſt Chriſtus Dominus , in ciuitate Dauid . Et hoc vobis ſignum . Inuenietis infantem pannis inuolutum , & poſitum in pręſepio,& ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis , lau-

dãtium Deum, & dicentium. Glòria in altiſſimis Deo: & in terra pax hominibus bonę voluntatis. M. Laus tibi Chriſte.

CRedo in vnum Deum. Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, nõ factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcẽdit de cęlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine: & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro no-

bis: ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas. Et aſcẽdit in cælum: ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum dominũ, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam ſanctam catholicam, & apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen. Offertorium. Lætentur cæli, & exultet terra ante faciem Domi-

ni, quoniam venit. Secreta.

Accepta tibi ſit, Domine, quæſumus, hodiernæ feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hæc ſacroſancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tuam eſt noſtra ſubſtantia. Qui tecum viuit & regnat in ſęcula ſæculorum Amen.

S. Orate fratres. M. Suſcipiat Dominus ſacrificiũ de manibus tuis, ad laudem, & gloria nominis ſui: Ad vtilitatem quoque noſtram, totiuſq; Eccleſię ſuæ ſanctę. S. Amen.

Præfatio.

PEr omnia ſęcula ſæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. & cum Spiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus

Do-

Domino Deo noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt. ℣. Vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper, & vbique gratias agere: Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Quia per incarnati verbi myſterium, noua mentis noſtræ oculis lux tuæ claritatis infulſit: vt dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc inuiſibilium amorem rapiamur. Et ideo cum Angelis, & Archãgelis, cum Thronis, & Dominationibus, cumq. omni militia cæleſtis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, ſine fine dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cæli & terra gloria tua, Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſanna

in excelſis. Communio. In ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. *Pſal.* 109.

Poſt Communionem. Oratio.

DA nobis, quæſumus, Domine Deus noſter, vt qui Natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti myſterijs nos frequentare gaudemus, dignis conuerſationibus ad eius mereamur peruenire conſortium. Qui tecum viuit & regnat.

Initium S. Euang. ſecundum Ioan.

℟. Gloria tibi Domine.

IN principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat: & vita erat lux ho-

minum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit. In propia venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed ex

Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt : & habitauit in nobis, Hic genuflectitur. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ, & veritatis. M. Deo gratias.

AD LAVDES.

DEus in adiutoriũ meũ intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria Patri, &c. all.

Aña. Quem vidiſtis paſtores? dicite, annunciate nobis: in terris quis apparuit? Natum vidimus, & choros angelorum collaudantes Dominum, alleluia, alleluia.

Pſalmus 92.

DOminus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt Do-

minus fortitudinē, & præcinxit ſe.
E tenim firmauit orbem terræ: qui non commouebitur.
P arata ſedes tua ex tunc: à ſæculo tu es.
E leuauerūt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem ſuam.
E leuauerunt flumina fluctus ſuos: a vocibus aquarum multarum.
M irabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.
T eſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudinē dierum. G loria Patri, &c.
Aña. Quem vidiſtis paſtores? dicite, annunciate nobis: in terris quis apparuit? Natum vidimus, & choros angelorum collaudantes Dominum, alleluia, allelluia.

Aña. Genuit puerpera regem, cui nomen æternum, & gaudia matris habens, cum virginitatis honore: nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, alleluia.

Pſalmus 99.

IVbilate Deo omnis terra: ſeruite Domino in lætitia.

Introite in conſpectu eius: in exultatione.

Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Populus eius, & oues paſcuæ eius, introite portas eius in confeſſione: atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus: in æternum miſericordia eius, & vſque in ge-

neratione, & generationem veritas eius.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Antiphona. Genuit puerpera regem, cui nomen æternum, & gaudia matri: habens, cum virginitatis honore: nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, alleluia.

Antiph. Angelus ad paſtores ait: annũcio vobis gaudium magnum: quia natus eſt vobis hodie Saluator mundi, alleluia.)

Pſalmus 62.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum: in matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo: adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in infe

riora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Gloria, &c.

Pſalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: cōfiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Angelus ad paſtores ait, annũcio vobis gaudium magnum: quia natus eſt vobis hodie Saluator mundi, alleluia.

Aña. Facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtis exercitus laudantiũ Deum, & dicentium: Gloria in excelſis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, alleluia.

Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol, & Luna Domino: benedicite ſtellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber, & ros Domino: benedicite omnis ſpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, & ęſtus Domino: benedicite frigus & æſtus Domino.

Benedicite rores, & pruina Domino: benedicite gelu, & frigus Domino.

Benedicite glacies, & niues Domino: benedicite noctes, & dies Domino.

Benedicite Lux, & tenebræ Domi-

no : benedicite fulgura, & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benidicite montes, & colles Domino : benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria, & flumina Domino.

Benedicite cętę, & omnia, quę mouentur in aquis Domino : benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes beſtię, & pecora Domino : benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Iſrael Dominum : laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite ſacerdotes Domini Domino : benedicite ſerui Domini Domino.

Bene-

Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum Domino: benedicite ſancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Miſaël Domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſęcula.

Benedicamus Patrem, & Filium cum ſancto Spiritu: laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſęcula.

Benedictus es Domine in firmamento cęli: & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſęcula.

Hic non dicitur Gloria Patri, &c. Neque Amen.

Antiph. Facta eſt cũ Angelo multitudo cæleſtis exercitus laudantium Deum, & dicentium. Gloria in excelſis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. alleluia.

Antiph. Paruulus filius hodie natus eſt nobis, & vocabitur Deus fortis. alleluia, alleluia. ℣.

Pſalmus 148.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum omnes ſtellæ, & Lumen.

Laudate eum cæli cęlorum: & aquę omnes, quę ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.

Statuit ea in ęternum, & in ſęculum ſæculi: pręceptum poſuit & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quę faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Beſtię, & vniuerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatę.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terrę.

Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper cælum, & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filiis Iſrael, populo appropinquanti ſibi. Non dicitur Gloria &c.

Pſal-

Pſalmus 149.

CAntate Domino canticum
nouum : laus eius in Eccleſi
ſanctorum.
Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eũ
& filij Sion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro : i
tympano, & pſalterio pſallant ei .
Quia beneplacitum eſt Domin
in populo ſuo : & exaltauit man
ſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in gloria : læ
tabuntur in cubilibus ſuis.
Exultationes Dei in gutture eo
rum : & gladij ancipites in mani
bus eorum.
Ad faciendam vindictam in natio
nibus : increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in
compedibus : & nobiles eorum i

manicis ferreis.

Vt faciant in eius iudicium conſcriptum : gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

Non dicitur Gloria Patri,&c.

Pſalmus 150.

LAudate Dominum in ſanctis eius : laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius : laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ : laudate eum in pſalterio,& cithara.

Laudate eũ in tympano & choro: laudate eũ in chordis , & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus : laudate eum in cymbalis iubilationis,omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Paruulus filius hodie natus eſt nobis, & vocabitur Deus fortis, alleluia, alleluia.

Capitulum. *Hebr*. 1

MVltifariam, multiſque modis, olim Deus loquens patribus in prophetijs, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hęredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula.

℟. Deo gratias. Hymnus.

A Solis ortus cardine
Ad vſque terræ limitem,
Chriſtum canamus principem,
Natum Maria Virgine.

Beatus auctor ſæculi,
Seruile corpus induit:
Vt carne carnem liberans,
Ne perderet, quos condidit.

Ca-

Caſtæ parentis viſcera
Cæleſtis intrat gratia:
Venter puellæ baiulat
Secreta, quæ non nouerat.
Domus pudici pectoris
Templum repente ſit Dei,
Intacta neſciens virum,
Verbo concepit filium.
Enixa eſt puerpera,
Quem Gabriel prędixerat,
Quem matris aluo geſtiens
Clauſus Ioannes ſenſerat.
Fœno iacere pertulit,
Pręſepe non abhorruit:
Paruoque lacte paſtus eſt,
Per quem nec ales eſurit.
Gaudet chorus cęleſtium,
Et angeli canunt Deo,
Palamque fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu
In ſempiterna ſęcula. Amen.
℣. Notum fecit Dominus, allel.
℟. Salutare ſuum, alleluia.

Ad Benedictus. Antiphona.

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis, alleluia, alleluia. ☩

Canticum Zachariæ.

BEnedictus Dominus Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſæculo ſunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis noſtris: & de

manu

manu omnium,qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum: daturum ſe nobis.
Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.
In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.
Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini,parare vias eius.
Ad dãdã ſciẽtiã ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorũ.
Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri :in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viã pacis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, alleluia, alleluia.

℣. Domine exaudi orationẽ meã.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum.

℞. Amen.

℣. Domine exaudi orationē meā.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.
℣. Fideliū animæ per miſericordiā Dei requieſcant in pace. ℟. Amē.
Deinde dicitur ſecr. Pater noſter.
℣. Dominus det nobis ſuam pacē.
℟. Et vitam æternam. Amen.

Poſtea dicitur Antiphona.

Alma redemptoris mater. vt ſupra in Veſperis. fol. 27.

Summo mane dicitur Prima: qua finita celebratur ſecunda Miſſa, in aurora, & in ea fit commemoratio de ſancta Anaſtaſia.

AD PRIMAM.

Pater noſter. Aue Maria, & Credo. ſecreto.

DEus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſęculorum. Amen. alleluia.

Hymnus.

IAm lucis orto ſydere,
Deum præcemur ſupplices,
Vt in diurnis actibus,
Nos ſeruet a nocentibus.
Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror inſonet:
Viſum fouendo contegat,

Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Abſiſtat & vecordia:
Carnis terat ſuperniam
Potus cibique parcitas.
Vt cum dies abſceſſerit,
Noctemque ſors reduxerit,
Mundi per abſtinentiam
Ipſi canamus gloriam.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine.
Cum Patre,& ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.
Antiph. Quem vidiſtis paſtores? 2

Pſalmus 53.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante cõſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

Voluntarie ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto Sicut erat, &c.

Pſalmus 118.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia

eius:

eius : in toto corde exquirũt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem : in vijs eius ambulauerunt.

Tu mandaſti mandata tua : cuſtodiri nimis.

Vtinam dirigantur viæ meæ : ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Tunc non confundar: cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis : in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam : non me derelinquas vſquequaque.

In quo corrigit adoleſcentior viã ſuam ? in cuſtodiendo ſermones tuos.

In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abſcondi eloquia

tua:

tua : vt non pecem tibi.

Benedictus es Domine : doce me iuſtificationes tuas.

In labijs meis pronunciaui : omnia iudicia oris tui.

In via teſtimouiorum tuorum delectatus ſum : ſicut in omnibus diuitijs.

In mandatis tuis exercebor : & conſiderabo vias tuas.

In iuſtificationibus tuis meditabor : non obliuiſcar ſermones tuos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

RETribue ſeruo tuo, viuifica me : & cuſtodiam ſermones tuos.

Reuela oculos meos : & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego ſum in terra : non abſcondas a me mandata tua.

Con-

Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in omni tempore.

Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium, & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.

Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum iuſtificationes tuæ.

Adhæſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundum verbum tuum.

Vias meas enunciaui, & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.

Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me : & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitauit anima mea præ tædio : confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue a me : & de lege tua miſerere mei.

Viam veritatis elegi : iudicia tua non ſum oblitus.

Adhæſi teſtimonijs tuis Domine : noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Aña. Quem vidiſtis paſtores ? dicite, annunciate nobis : in terris quis apparuit ? Natum vidimus, & choros angelorum collaudantes Dominum, alleluia, alleluia.

Capitulum.

REgi ſæculorum immortali, & inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

℟. Deo gratias.

℟. Chriſte fili Dei viui, miſerere nobis. repetitur.

Chriſte fili Dei viui, miſerere nobis. ℣. Qui natus es de Maria virgine. ℟. Miſerere nobis.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

℟. Chriſte fili Dei viui. Miſerere nobis.

℣. Exurge Chriſte, adiuua nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

℣. Domine exaudi orationẽ meã.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire feciſti, tua nos hodie ſalua virtute: vt in hac die ad nullum declinemus peccatum, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendam noſtra procedãt eloquia, dirigantur cogitationes, & opera. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum; qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

Septi-

Septimo Kalendas Ianuarij Luna.

HIeroſolymis Natalis ſancti Stephani Prothomartyris, qui a Iudæis non longe poſt Aſcenſionem Domini lapidatus eſt. Romæ ſancti Marini ordinis Senatorij, qui ſub Carino Imperatore & Marciano præfecto Chriſtianæ religionis cauſa comprehēſus, equuleo, & vngulis ſeruili more punitus, in Sartaginem deinde coniectus, ſed igne in rorem conuerſo liberatus, feris quoque obiectus, & ab illis ſeruatus illæſus, tandem ad aram iterum ductus, cum Idola oratione eius corruiſſent, percuſſus gladio, martyrij triumphum adeptus eſt. Item Romæ via Appia depoſitio S. Dyoniſij Papæ, qui multis pro Eccleſia impēſis laboribus,

fidei documentis clarus effulſit. Ibidem S. Zoſimi Papæ & confeſſoris. In Meſopotamia S. Archelai epiſcopi, doctrina & ſanctitate celebris. Maiumæ ſancti Zenonis epiſcopi. Romæ ſancti Theodori manſionarij Eccleſiæ S. Petri, cuius meminit beatus Gregorius Papa. Et alibi aliorum plurimorum ſanctorum martyrum & confeſſorum, atque ſanctarum virginum.

℟. Deo gratias.

℣. Precioſa in conſpectu Domini.

℟. Mors ſanctorum eius.

Oratio.

SAncta Maria, & omnes ſancti intercedant pro nobis ad Dominum: vt nos mereamur ab eo adiuuari, & ſaluari. Qui viuit & regnat in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

℣. Deus

℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandū me feſtina. ℣. Deus in adiutoriū meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Sicut erat, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ſecr.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.

℣. Reſpice in ſeruos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum.

℟. Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, & opus

manuum noſtrarum dirige.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

DIrigere, & ſanctificare, regere, & gubernare dignare Domine Deus rex cæli & terræ, hodie corda & corpora noſtra, ſenſus, ſermones, & actus noſtros in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum: vt hic, & in æternum, te auxiliante, ſalui, & liberi eſſe mereamur Saluator mundi. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.
℣. Iube Domne benedicere.

Benedictio.

Dies, & actus noſtros in ſua pace

diſponat Dominus omnipotens.
℟. Amen. Lectio breuis.

IPſi peribunt, tu autem permanebis: & omnes ſicut veſtimẽtum veteraſcent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gra tias.
℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣ Benedici te.
℟. Deus. Benedictio.

D ominus nos Bene ✝ dicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam: & fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde celebratur, Secunda Miſſa.



Ego Hodie genui te.

IN DIE NATIVITATIS DOMINI

MISSA SECVNDA.

Statio ad S. Anaſtaſiam.

Introibo. vt ſupra in prima Miſſa. fol.99. Introitus. *Iſai.9.*

LVx fulgebit hodie ſuper nos, quia natus eſt nobis Dominus: & vocabitur Admirabilis Deus, princeps pacis, pater futuri *ſæculi*, cuius regni non erit finis. Pſalmus 92.

Dominus regnauit, decorē indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinē, & pręcinxit ſe. ℣. Gloria, &c.

Deinde reperitur introitus. Kyrie eleiſon. & Gloria in excelſis. vt ſupra. fol. 104. Oratio.

DA nobis, quæſumus, omnipotens Deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in noſtro reſplēdeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem Dominum, &c.

Deinde fit commemoratio de S. Anaſtaſia. Oratio.

DA, quæſumus, omnipotens Deus: vt qui beatę Anaſtaſię martyris tuæ ſolemnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus Per Dominum, &c.

Lectio Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Titum. *Tit.3.b.*

CAriſſime. Apparuit benignitas, & humanitas Saluato-

ris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quę fecimus nos: Sed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Grad. *Pſal.* 127.

Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis. ℣. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Alleluia, alleluia. *Pſal.* 92. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute, alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. *Luc.2.b.*

IN illo tempore : Paſtores loquebantur adinuicem. Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes : & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Videntes autem, cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati ſunt de his quæ dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autē cōſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt Paſtores, glorificantes, & laudātes Deū, in omnibus, quæ audierant, & viderant : ſicut dictū eſt ad

illos.

illos. Credo. vt ſupra fol. 110. Offertorium. Deus firmauit orbẽ terræ, qui non commouebitur, parata ſedes tua Deus ex tunc a ſæculo tu es. Orate fratres. Suſcipiat. vt ſupra. fol. 112. Secreta.

MVnera noſtra, quæſumus Domine, Natiuitatis hodiernæ myſterijs apta proueniant, & pacẽ nobis ſemper infundãt: vt ſicut homo genitus idẽ refulſit & Deus, ſic nobis hæc terrena ſubſtãtia conferat quod diuinũ eſt. Per eundẽ &c.

Pro S. Anaſtaſia. Secreta.

ACcipe, quæſumus Domine, munera dignantur oblata: & Beatæ Anaſtaſiæ Martiris tuæ ſuffragantibus meritis. ad noſtræ ſalutis auxilium prouenire concede. Per Dominum &c. Præfatio vt ſu-

pra in prima Miſſa. fol. 112.

Communio *Zach. 9.*

EXulta filia Sion, lauda filia Hieruſalem: ecce Rex tuus venit, ſanctus, & Saluator mundi.

Poſt communionem.

HVius nos Domine Sacramenti ſemper nouitas Natalis inſtauret: cuius natiuitas ſingularis humanam repulit vetuſtatem. Per eundem, &c.

Pro S. Anaſtaſia. Oratio Poſt com.

SAtiaſti Domine familiã tuã muneribus ſacris: eius, quæſumus, interuentione, nos refoue, cuius ſolẽnia celebramus. Per Dominũ &c.

Initium S. Euangelij ſecundũ Ioan.

In principio. vt ſupra. fol. 114

Tertia dicitur hora ſua, qua finitur celebratur tertia Miſſa.

AD TERTIAM.

P ater noſter. A ue Maria.

D Eus in adiutoriũ meũ intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

G loria Patri, & Filio & Spiritui ſancto. S icut, &c. all.

Hymnus.

N Vnc ſanctę nobis ſpiritus
Vnum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri.
Noſtro refuſus pectori.
O s, lingua, mens, ſenſus, vigor
Confeſſionem perſonent,
Flameſcat igne charitas,
Accendat ardor proximos,
G loria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu

In ſempiterna ſæcula . Amen.

Aña. Genuit puerpera regem . 2

Pſalmus.

LEgem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum : & exquiram eam ſemper .

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam: & cuſtodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum : quia ipſam volui.

Inclina cor meum in teſtimonia tua: & non in auaritiam.

Auerte oculos meos , ne videant vanitatem: in via tua viuifica me .

Statue ſeruo tuo eloquium tuum : in timore tuo.

Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum : quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine: ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.

Et reſpondebo exprobrãtibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.

Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſæculum & in ſæculum ſæculi.

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.

Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi.

Et leuaui manus meas ad manda
ta tua, quæ dilexi : & exercebor i
iuſtificationibus tuis.

Gloria, &c. Pſalmus.

MEmor eſto verbi tui ſeru
tuo : in quo mihi ſpem de
diſti.

Hæc me conſolata eſt in humilita
te mea : quia eloquium tuum vi
uificauit me.

Superbi inique agebant vſque
quaque: a lege autem tua non de
clinaui.

Memor fui iudiciorum tuorũ a ſa
culo Domine: & conſolatus ſum.

Defectio tenuit me : pro peccato
ribus derelinquentibus legẽ tuam

Cantabiles mihi erant iuſtifica
tiones tuæ : in loco peregrinatio
nis meæ.

Memor fui nocte nominis tui Domine : & cuſtodiui legem tuam.

Hæc facta eſt mihi : quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

Portio mea Domine : dixi cuſtodire legem tuam.

Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo : miſerere mei ſecundum eloquium tuum.

Cogitaui vias meas : & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.

Paratus ſum, & non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.

Funes peccatorũ circũplexi ſunt me: & legẽ tuam non ſum oblitus.

Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi : ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.

Participes ego ſum omniũ timẽtiũ te: & cuſtodientium mandata tua.

M iſericordia tua Domine plen
eſt terra : iuſtificationes tuas doc
me. G loria Patri,&c.

B Onitatem feciſti cum ſeru
tuo Domine : ſecundum ver
bum tuum.

B onitatem,& diſciplinam, & ſci
tiam doce me : quia mandatis tu
credidi.

P riuſquam humiliarer , ego del
qui : propterea eloquium tuum
cuſtodiui.

B onus es tu: & in bonitate tua d
ce me iuſtificationes tuas.

M ultiplicata eſt ſuper me iniqu
tas ſuperborum : ego autẽ in to
corde meo ſcrutabor mãdata tu

C oagulatum eſt ſicut lac cor eo
ego vero legẽ tuã meditatus ſu

B onum mihi ; quia humiliaſti n

vt diſcam iuſtificationes tuas.

B onum mihi lex oris tui: ſuper millia auri,& argenti.

M anus tuę fecerunt me,& plaſmauerunt me: da mihi intellectum,& diſcam mandata tua.

Q ui timent te,videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua ſuperſperaui.

C ognoui Domine, quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliaſti me.

F iat miſericordia tua,vt cõſoletur me:ſecundũ eloquiũ tuũ ſeruo tuo.

V eniant mihi miſerationes tuæ,& viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.

C onfundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatẽ fecerunt in me:ego autem exercebor in mãdatis tuis.

Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt teſtimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Añ. Genuit puerpera regem, cui nomen æternum: & gaudia matris habens, cum virginitatis honore, nec primam ſimilẽ viſa eſt, nec habere ſequentẽ, allel. Capit. *Heb.* 1

MVltifariam, multiſque modis, olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula.

℟. Deo gratias.

℟. Verbum caro factum eſt, alleluia, alleluia. repetitur Verbum

caro factum eſt, alleluia, alleluia.
℣. Et habitauit in nobis.
℟. Alleluia, alleluia.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Verbum caro factum eſt, alleluia.
℣. Ipſe inuocabit me, alleluia.
℟. Pater meus es tu, alleluia.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dominum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Deinde celebratur tertia Miſſa.



Adorabunt eũ omnes reges terræ

AD TERTIAM MISSAM

Statio ad S. Mariam Maiorem.

Introibo. vt ſupra. fol. 99.

Introitus. *Iſai. 9.*

PVer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: cuius imperium ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius magni conſilij angelus.

Pſalmus. Cantate Domino canticum nouũ: quia mirabilia fecit.

℣. Gloria Patri, & Filio, &c.

Deinde repetitur Introitus. Kyrie eleiſon. & Gloria in excelſis. vt ſupra. fol. 104.

Oratio.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. *Hebr.* 1.

FRatres. Multifariam multiſque modis, olim Deus loquẽs patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ,

& figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te, & rurſum: ego ero illi in Patrem, & & ipſe erit mihi in filium: & cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit. Et adorent eum omnes Angeli Dei: & ad Angelos quidem dicit. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi, virga æquitatis virga regni tui. Dilexiſti

iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Et tu in principio Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt veſtimentum veteraſcēt, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipſe es: & anni tui non deficient.

Pſal. 97. Grad. Viderunt omnes fines terræ ſalutari Dei noſtri: Iubilate Deo omnes terra.

℣ Notum fecit Dominus alutare ſuum, ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Alleluia, alleluia. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gentes, & adorate Dominum, quia hodie de-

ſcendit lux magna ſuper terram, alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem. *Ioan.* 1.

IN principio erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt:& ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat:& vita erat lux hominũ: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomẽ erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine: Erat lux vera,quæ illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mundũ. In mundo erat:& mundus per ipſum factus eſt: & mundus

eum non cognouit. In propria venit: & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt; & habitauit in nobis. Hic genuflectitur. Et vidimus gloriam eius, gloriam, quaſi vnigeniti a Patre, plenũ gratiæ, & veritatis.

Credo. vt ſupra. fol. 110.

Offertorium. *Pſal.* 81.

Tui ſunt cæli, & tua eſt terra: orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ.

Secreta.

OBlata Domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſque a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per eundem Dominum noſtrum.

Præfatio, vt ſupra in prima Miſſa. fol. 112

Communio.

Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.

Poſt Communionem. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator Mundi, ſicut diuinę nobis generationis eſt auctor, ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſęcula ſęculorum. ℞. Amen.

Se-

equentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

CVm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudę, in diebus Herodis regis: ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes. Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes Princeps Sacerdotum, & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iudę. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam: Et tu Betheleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux:

qui regat populum meum Iſrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audiſſent regem, abierunt. Et ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens, ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio maguo valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes, adorauerunt eum. Hic genuflectitur. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera: Aurum, Thus, & Myr-

rham. Et reſponſo accepto in ſom
nis ne redirent ad Herodem: pe
aliam viam reuerſi ſunt in regio
nem ſuam.

℟. Deo gratias.

Deinde dicitur Sexta.

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue Maria.

℣. Deus in adiutorium, &c. alle

Hymnus.

Rector potens verax Deus,
Qui temperas rerum vice
Splendore mane inſtruis,
Et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer ſalutem corporum,
Veramque pacem cordium.
Gloria tibi Domine, &c. vt ſup

Ana.

Aña. Angelus ad paſtores. ℣ Pſal.

DEfecit in ſalutare tuum anima mea: & in verbum tuum ſuperſperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: quando conſolaberis me?

Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Quot ſunt dies ſerui tui: quando facies de perſequentibus me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua,

Omnia mandata tua veritas: inique perſecuti ſunt me, adiuua me.

Paulominus conſummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum miſericordiam tuam viuifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

In æternum Domine: verbum tu permanet in cælo.

In generationem, & generation veritas tua: fundaſti terram, & permanet.

Ordinatione tua perſeuerat die quoniam omnia ſeruiunt tibi.

Niſi quod lex tua meditatio me eſt: tunc forte perijſſem in humi litate mea.

In æternum non obliuiſcar iuſtif cationes tuas: quia in ipſis viuif caſti me.

Tuus ſum ego, ſaluum me fac quoniam iuſtificationes tuas e quiſiui.

Me expectauerunt peccatores,

per-

perderent me teſtimonia tua intellexi.

O mnis conſumationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

G loria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. S icut erat, &c.

Pſalmus.

QVomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea eſt.

S uper inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.

S uper omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

S uper ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui.

A b omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.

A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen ſemitis meis.

Iuraui, & ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuę.

Humiliatus ſum vſquequaque Domine: viuifica me ſecundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus.

P oſuerunt peccatores laqueum mihi : & de mandatis tuis non erraui.

H æreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum : quia exultatio cordis mei ſunt.

I nclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum : propter retributionem.

G loria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. S icut erat in principio, & nunc, & ſemper, &c.

Pſalmus.

I Niquos odio habui : & legem tuam dilexi.

A diutor, & ſuſceptor meus es tu : & in verbum tuum ſuperſperaui.

D eclinate a me maligni : & ſcrutabor mandata Dei mei.

S uſcipe me ſecundum eloquium

tuum, & viuam : & non confundas me ab expectatione mea.

Adiuua me, & ſaluus ero : & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.

Spreuiſti omnes diſcendentes a iudicijs tuis : quia iniuſta cogitatio eorum.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ : ideo dilexi teſtimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas : a iudicijs enim tuis tlmui.

Feci iudicium, & iuſtitiam : non tradas me calumniantibus me.

Suſcipe ſeruum tuum in bonum : non calumnietur me ſuperbi.

Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum : & in eloquium iuſtitiæ tuæ.

Fac cum ſeruo tuo ſecundum mi-

ſe-

ſericordiam tuam: & iuſtificatio-
nes tuas doce me.
S eruus tuus ſum ego, da mihi in-
tellectum: vt ſciam teſtimonia tua.
T empus faciendi Domine: diſſipa-
uerunt legem tuam.
I deo dilexi mandata tua: ſuper
aurum, & topazion.
P ropterea ad omnia mandata tua
dirigebar: omnem viam iniquam
odio habui.
G loria Patri, & Filio, &c.
Antiph. Angelus ad Paſtores ait,
annuncio vobis gaudium magnũ,
quia natus eſt vobis hodie Salua-
tor mundi, alleluia.

Capitulum. *Hebr.* 1.

ET tu in principio Domine ter-
ram fundaſti, & opera ma-
nuum tuarum ſunt cæli. ℞. Deo

gratias. ℟. Notum fecit Dominus, alleluia, alleluia. Notum fecit Dominus, alleluia, alleluia.

℣. Salutare ſuum.

℟. Alleluia, alleluia.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Notum fecit Dominus, alleluia, alleluia.

℣. Viderunt omnes fines terræ, alleluia. ℟. Salutare Dei noſtri, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

CONcede, quæſumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dominum, &c. ℟. Amen.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue Maria.
℣. Deus in adiutorium meum,&c. alleluia. Hymnus.

Rerum Deus tenax vigor
Immotus, in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Succeſſibus determinans.
Largire clarum veſpere,
Quo vita nuſquam decidat:
Sed præmium mortis ſacræ,
Perennis inſtet gloria.
Gloria tibi Domine. vt ſupra.

Aña. Paruulus filius. &

Pſalmus.

Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Declaratio ſermonum tuorum il-

luminat: & intellectũ dat paruulis.

O s meum aperui, & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.

A ſpice in me, & miſerere mei: ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.

G reſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

R edime me a calumnijs hominũ: vt cuſtodiam mandata tua.

F aciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.

E xitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

I uſtus es Domine: & rectum iudicium tuum.

M an-

Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua & veritatem tuam nimis.

Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.

Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum: & lex tua veritas.

Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & viuã.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, &

nunc,& ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus.

CLlamaui in toto corde meo exaudi me Domine: iuſtificationes tuas requiram.

Clamaui ad te ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua.

Prçueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam Domine: & ſecundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.

Prope es tu Domine: & omnes

viæ tuæ veritas.

Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in æternum fundaſti ea.

Vide humililitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.

Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe a peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas nõ exquiſierũt.

Miſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecundum iudicium tuum viuifica me.

Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: a teſtimonijs tuis non declinaui.

Vidi præuaricantes, & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat, &c.

Pſalmus.

PRinceps perſecuti ſunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum.

Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuã:

& non eſt illis ſcandalum.

Expectabam ſalutare tuuum Domine: & mandata tua dilexi.

Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua; quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine; iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret poſtulatió mea in conſpectu tuo; ſecundum eloquium tuũ eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum; cum docueris me iuſtificationes tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum; quia omnia mandata tua ęquitas.

Vide quoniam mandata tua d
xi Domine: in miſericordia
viuifica me.
Principium verborum tuoru
veritas: in æternum omnia iudic
iuſtitiæ tuæ.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritu
ſancto. Sicut erat, &c.

Pſalmus.

PRinceps perſecuti ſunt me
gratis: & a verbis tuis formi
dauit cor meum.
Lætabor ego ſuper eloquia tua
ſicut qui inuenit ſpolia multa.
Iniquitatem odio habui, & abo-
minatus ſum: legem autem tuam
dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi
ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.
Pax multa diligentibus legem tuã

t non eſt illis ſcandalum.
xpectabam ſalutare tuum Do-
mine: & mandata tua dilexi.
Cuſtodiuit anima mea teſtimonia
tua: & dilexit ea vehementer.
eruaui mandata tua, & teſtimo-
nia tua; quia omnes viæ meæ in
onſpectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in
onſpectu tuo Domine:
quium tuum da mihi intellectum.
ntret poſtulatio mea in conſpe-
ctu tuo; ſecundum eloquium tuum
ripe me.
ructabunt labia mea hymnum,
um docueris me iuſtificationes
uas.
ronunciabit lingua mea elo-
uium tuum; quia omnia manda-
a tua æquitas.

buntur: tu
nni tui non
ias. ℟. Vi-
æ, alleluia,
unt omnes
℣. Salutare
alleluia.
& Spiritui
mnes fines
bum caro
Et habita-
℣. Domine
m. ℟. Et
at. Orat.
. vt ſupra
Dominus
℟. Et vi-
nde dicitur
s, &c.

A D

gratias. ℟. Notum fecit Domi
nus, alleluia, alleluia. Notum fecit
Dominus, alleluia, alleluia.
℣. Salutare ſuum.
℟. Alleluia, alleluia.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Notum fecit Dominus, alleluia, alleluia.
℣. Viderunt omnes fines terræ, alleluia. ℟. Salutare Dei noſtri, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dominum, &c. ℟. Amen.

A D

AD NONAM.

Pater noſter. Aue Maria.
℣. Deus in adiutorium meum,&c. alleluia. Hymnus.

Rerum Deus tenax vigor
Immotus, in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Succeſſibus determinans.
Largire clarum veſpere,
Quo vita nuſquam decidat;
Sed præmium mortis ſacræ,
Perennis inſtet gloria.
Gloria tibi Domine. vt ſupra.

Añ. Paruulus filius. &c.

Pſalmus.

Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Declaratio ſermonum tuorum il-

luminat: & intellectũ dat paruulis.

O s meum aperui, & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.

A ſpice in me, & miſerere mei: ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.

G reſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

R edime me a calumnijs hominũ: vt cuſtodiam mandata tua.

F aciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.

E xitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

I uſtus es Domine: & rectum iudicium tuum.

Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua & veritatem tuam nimis.

Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.

Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum: & lex tua veritas.

Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & viuã.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, &

nunc,

nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus.

CLlamaui in toto corde meo exaudi me Domine: iuſtificationes tuas requiram.

Clamaui ad te ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua.

Prҿueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam Domine: & ſecundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.

Prope es tu Domine: & omnes

viæ tuæ veritas.

Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in æternum fundaſti ea.

Vide humililitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.

Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe a peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas nō exquiſierūt.

Miſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecundum iudicium tuum viuifica me.

Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: a teſtimonijs tuis non declinaui.

Vidi præuaricantes, & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.

V ide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me.

P rincipium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

G loria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. S icut erat, &c.

Pſalmus.

P Rinceps perſecuti ſunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum.

L ætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.

I niquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.

S epties in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

P ax multa diligentibus legem tuã:

& non eſt illis ſcandalum.

Expectabam ſalutare tuuum Domine: & mandata tua dilexi.

Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua; quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine; iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo; ſecundum eloquium tuũ eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum; cum docueris me iuſtificationes tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum; quia omnia mandata tua ęquitas.

Fiat

Fiat manus tua vt ſaluet me; quoniam mandata tua elegi.

Concupiui ſalutare tuum Domine; & lex tua meditatio mea eſt.

Viuet anima mea, & laudabit te; & iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui ſicut ouis quæ periit, quęre ſeruum tuum; quia mandata tua non ſum oblitus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aña. Paruulus filius hodie natus eſt nobis; & vocabitur Deus fortis, alleluia, alleluia.

Capitulum. *Hebr.* 1.

IPſi peribunt, tu autem permanebis; & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & velut amictum

mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. ℟. Deo gratias. ℟. Viderunt omnes fines terræ, alleluia, allel. repetitur Viderunt omnes fines terræ, allel. allel. ℣. Salutare Dei noſtri. ℟. Alleluia, alleluia. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Viderunt omnes fines terræ, allel. allel. ℣. Verbum caro factum eſt, alleluia. ℟. Et habitauit in nobis, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Orat. Concede quæſumus, &c. vt ſupra fol. 26. Pater noſter. ℣. Dominus det nobis ſuam pacem. ℟. Et vitam æternã. Amen. Deinde dicitur Añа. Alma Redemptoris, &c. vt in Veſperis.

AD VESPERAS.

Pater noſter. Aue Maria.

Deus in adiutoriũ meũ intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, &c. Alleluia.

Antiphona. Tecum principium in die virtutis tuæ: in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te.

Pſalmus.

Dixit Dominus Domino meo. vt ſupra in primis Veſperis. fol. 14.

Quo finito, repetitur tota Antiph. Tecum principium. vt ſupra.

Antiph. Redemptionem miſit Do-

minus populo ſuo, mandauit in æternum teſtamentum ſuum. ⁊.
Pſalmus: Confitebor tibi Domine. vt in primis Veſperis. fol. 17.
Quo finito repetitur tota Antiph. Redemptionem. vt ſupra.
Antiph. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde: miſericors, & miſerator, & iuſtus Dominus. ⁊.
Pſalmus. Beatus vir qui timet Dominum. vt in primis Veſp. fol. 19.
Quo finito repetitur tota Antiph. Exortum eſt. vt ſupra.
Antiph. Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. 4 Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in

vocem deprecationis meę.

Si iniquitates obſeruaueris Do mine : Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt : & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem : ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominnm miſericordia : & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael : ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Antiph. Apud Dominum miſeri-

cordia: & copioſa apud eum redemptio.

Antiph. De fructu ventris tui: ponam ſuper ſedem tuam.

Pſalmus 131.

Memento Domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius:

Sicut iurauit Domino: votum vouit Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.

Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis ſyluæ.

Introibimus in tabernaculum e-

us: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.

Surge Domine in requiem tuam: tu, & arca ſanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent.

Propter Dauid ſeruum tuum: non auertas faciem Chriſti tui.

Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui, ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum: & teſtimonia mea, hęc quæ docebo eos.

Et filij eorum vſquæ in ſæculum: ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem ſibi.

Hæc requies mea in ſæculum ſæ-

culi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

V iduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.

S acerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.

I lluc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo.

I nimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

G loria Patri Filio, & Spiritui ſancto. S icut erat, &c.

Antiph. De fructu ventris tui: ponam ſuper ſedem tuam.

Capitulum.

MVltifariam, multiſque modis olim Deus loquens pa-

tribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula.

℟. Deo gratias.

Hymnus. Chriſte redemptor omnium, &c.

vt ſupra fol. 22.

℣. notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare ſuum, alleluia.

Ad Magnificat Antiphona.

Hodie Chriſtus natus eſt: hodie Saluator apparuit: hodie in terra canunt Angeli, lętantur Archangeli: hodie exultant iuſti dicentes, Gloria in excelſis Deo. Alleluia.

Magnificat. vt ſupra 24.

Qua finita repetatur ſupradicta Antiphona. Hodie Chriſtus.

℣. Domine exaudi orationē meā.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde pro S. Stephano. Antiph.

Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine, faciebat ſigna magna in populo.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oremus.

DA nobis, quęſumus Domine, imitari quod colimus, vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.

℟. Amen.

Pater noſter. totum ſecreto.

℣. Dominus det nobis ſuam pacem. ℟. Et vitam ęternam. Amen.


Deinde dicitur.

Alma Redemptoris.

vt ſupra in primis Veſperis. fol. 27.

AD COMPLETORIVM.

dicitur totum vt ſupra.
fol. 28.



Confitemini alterutrum paccata veſtra.

ORATIO PRAEPA-ratoria ad confeſſionem ſacramentalem.

Conditor cæli, & terrę, rex regum, & dominus dominantium, qui me de nihilo feciſti ad imaginem. & ſimilitudinē tuam, & me proprio tuo ſanguine redemiſti, quem ego peccator non ſum dignus nominare, nec inuocare, nec corde cogitare. Te ſuppliciter deprecor, & humiliter exoro, vt clementer reſpicias me ſeruum tuum nequā. Et miſerere mei qui miſertus fuiſti mulieri Chananeæ, & Mariæ Magdalenę, qui peperciſti publicano & latroni in cruce pēdenti. Tibi confiteor pater pijſſime peccata mea, quę ſi volo ab-

ſcondere, non poſſum tibi Domine. Parce mihi Chriſte, quem ego nuper multum offendi cogitando, loquendo, operando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo, & peccator peccare potui, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo Domine precor tuam clementiam, qui de cęlo pro mea ſalute deſcendiſti, qui Dauid a peccati lapſu erexiſti, parce mihi domine, parce mihi Chriſte, qui Petro te neganti percepiſti. Tu es creator meus, & redemptor meus, Dominus meus, & ſaluator meus, rex meus, & Deus meus. Tu es ſpes mea, & fiducia mea: gubernatio mea, & auxiliatio mea, conſolatio mea, & fortitudo mea, defenſio mea liberatio mea, vita mea, ſalus

nea, & reſurrectio mea, lumen
neum, & deſiderium meum, adiu-
orium meum, & patrocinium meũ
e deprecor, & rogo adiuua me,
t ſaluus ero, guberna me, & defen-
le me: conforta me, & conſolare
ne: confirma me, & lætifica me: il-
umina me, & viſita me. Suſcita
ne mortuum: quia factura, & o-
ous tuum ſum: Domine ne deſpi-
cias me, quia famulus, & ſeruus
tuus ſum. quamuis malus, quam-
uis indignus, & peccator, ſed qua-
iſcumque ſum, ſiue bonus, ſiue ma-
lus ſemper tuus ſum. Ad quem
ergo fugiam, niſi ad te vadam. Si
tu me eijcis, quis me recipiet? ſi
tu me deſpicis, quis me aſpiciet?
Recognoſce me ergo indignum
ad te refugientem, quamuis ſim

vilis, & immundus quia ſi vilis, & immundus ſum, potes me mundare: ſi cæcus ſum, potes me illuminare: ſi inf rnus ſum, potes me ſanare: ſi mortuus, & ſepultus sũ, potes me reſuſcitare, quia maior eſt miſericordia tua, quam iniquitas mea, maior eſt pietas tua, quam impietas mea, plus potes dimittere, quam ego committere, & plus parcere, quam ego peccator peccare. Non ergo deſpicias me Domine, neque attendas multitudinem iniquitatum mearum: ſed ſecundum multitudinem miſerationum tuarum miſerere mei, & propitius eſto mihi maximo peccatori. Dic animæ meæ. Salus tua ego ſum. Qui dixiſti. Nolo mortem peccatoris ſed, vt magis conuer-

atur,& viuat:cõuerte me Domine
d te,& noli iraſci cõtra me:depre
or te clementiſſime Pater propter
iſericordiã tuã, ſupplico,& exo-
o,vt perducas me ad bonum finẽ:
ad veram pęnitẽtiam, purã con-
eſſionem, & dignam ſatisfactionẽ
mnium peccatorũ meorũ. Amen.

Oratio poſt Confeſſionem.

SIt tibi Deo, obſecro, meritis B.
ſemper virginis genitricis tuæ
Iarię,& omniũ ſanctorũ, grata,&
ccepta iſta cõfeſſio mea, & quic-
uid mihi defuit nunc, & alias de
ufficiẽtia, cõtritionis,& puritate,
integritate cõfeſſionis, ſuppleat
ietas,& miſericordia tua,& ſecũ-
um illam digneris me habere ple-
ius,& perfectius abſolutum in cę-
o. Qui viuis & regnas, &c.



Sumite ex hoc omnes.

ORATIO SANCTI Thomæ Aquinatis ante Sanctam Commmunionem.

OMnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad ſacramentum vnigeniti filij tui, Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Accedo tamquam infirmus ad medicum vitę, immundus ad fontem miſericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ: pauper & egenus ad Dominum cæli & terrę. Rogo ergo immenſa largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: vt panem Angelorum, Regem regum

Dominum dominantium, tanta ſuſcipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali propoſito & intentione, ſicut expedit ſaluti animæ meæ. Da mihi, quæſo, Dominici corporis, & ſanguinis, non ſolum ſuſcipere ſacramentum, ſed etiam rem, & virtutem ſacramenti. O mitiſſime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de virgine Maria, ſic ſuſcipere: vt corpori ſuo miſtico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantiſſime Pater, cōcede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via ſuſcipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui te-

cum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO EIVSDEM ſancti Thomæ Aquinatis poſt ſanctam Communionem.

GRatias tibi ago Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es pretioſo Corpore, & ſanguine filij tui Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Et precor, vt hæc Sancta Communio non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum

bonæ voluntatis. Sit vitiorũ meorum euacuatio, concupiſcentiæ & libidinis exterminatio; charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ augmentatio: contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium quam inuiſibilium, firma defenſio, motuum meorum tam carnalium, quam ſpiritualiũ perfecta quietatio, in te vno ac vero Deo firma adhęſio: atque mei finis felix conſumatio. Et præcor te, vt ad illud ineffabile conuiuiũ me peccatorem perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo, & Spiritu ſancto, ſanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternũ, iucunditas conſummata, & felicitas perfecta. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Meditationes S. Bonauenturæ in Natiuitatem Domini.

Meditatio prima. Cap. VII.

ADueniente autem nouem mẽſium termino exijt edictum ab Imperatore, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, ſcilicet quilibet in ciuitate ſua, Cũq. Ioſeph ire vellet in ciuitatẽ ſuã, ſcilicet Bethleẽ, & ſciret inſtare tẽpus partus ſuę cõiugis, duxit eã ſecũ. Vadit ergo iterũ Dña hoc longo itinere. Nã Betleẽ eſt prope Hieruſalem, per quinque vel ſex milliaria. Ducunt autem ſecum bouem & aſinum, & vadunt ſicut pauperes mercatores beſtiarum. Cum autem fuerunt in Bethleem, quia pauperes erant (nam

multi concurrerant pro eadem cauſa) hoſpitium inuenire non potuerunt. Compatere hic Dominę, & conſpice ipſam delicatam & iuuenem quindecim enim erat annorum, ex longo itinere fatigatam, & cum verecundia inter gentes conuerſantem, quærentem vt quieſcant, & non inuenit: omnes licentiant eam, & ſocium eius: & ſic coguntur diuertere ad quandam viam coopertam, vbi homines tẽpore pluuię diuertebant. Ibidem Ioſeph, qui erat magiſter lignarius, forte aliqualiter ſe clauſit. Nunc autem diligentiſſime inſpice omnia, maxime quia referre intendo quę ab ipſa Domina reuelata & oſtenſa fuerunt: prout a quodam ſancto noſtri ordinis fide digno ha-

bui,

bui, cui puto reuelata fuiſſe. Cumque veniſſet hora partus, ſcilicet in media nocte Dominicę diei, ſurgens Virgo appodiauit ſe; Ioſeph vero ſedebat mœſtus, ex eo forte, quod non poterat, quę decebant, parare. Surgens ergo & accipiens de fœno pręſepis: proiecit ad pedes Dominę, & vertit ſe in aliam partem, tunc filius Dei ęterni exiens de matris vtero, ſine aliqua moleſtia vel lęſione, in momento ſicut erat in vtero; ſic fuit extra vterum ſuper fœnum ad pedes matris ſuę, & mater incontinenti ſe inclinans, recolligens eum & dulciter amplexans, poſuit in gremio ſuo, & vbere de cęlo pleno, & Spiritu ſancto edocta, cœpit lauare ſiue linire ipſum per totum cum la-

cte ſuo, quo facto, inuoluit eum in velo capitis ſui, & poſuit eum in preſepio, & tunc bos & aſinus flexis genibus poſuerunt ora ſuper preſepium, flantes per nares, ac ſi ratione vtentes, cognoſcerēt, quod puer ſic pauperrime contectus, calefactione, tempore tanti frigoris indigebat. Mater vero flexis genibus adorauit, & gratias agens Deo, dixit. Gratias tibi ago Domine ſancte pater, qui filium tuum miui dediſti, & adoro te Deus æternæ, & te filium Dei viui, & meum. Ioſeph autem ſimiliter adorauit eum, & accipiens ſellam aſini, & extrahens de ea cuſinellum de lana ſiue borra, poſuit iuxta præſepe, vt Domina ſuper eo ſederet. Ipſa ergo ſe poſuit ibi ad ſedendum, & ſellam

poſuit ſubtus cubitum,& ſic ſtabat Domina mundi,tenens vultũ ſuum ſuper pręſepe,innixa oculis & toto affectu ſuper dilectiſſimum filium ſuum. Hucuſq; de reuelatione, His ergo ſic oſtenſis, diſparuit Domina & remanſit Angelus,& dixit eidem laudes magnas, quas etiam mihi ille dixit,ſed nec diſcendi,nec ſcribendi aptitudinem habui.

Meditatio ſecunda eodem cap.

NAto itaque Domino, angelorum multitudo ibi exiſtens, ſuum Deum adorauerunt, & confeſtim ad Paſtores iuerunt, erãt ibi prope forte per milliare,nunciãtes eis ipſam Natiuitatem & etiam locum: ex inde aſcenderunt in cælum

cum canticis & iubilis,conciuibus ſuis ea ſimiliter nunciantes. Tota igitur ſuperna Curia exhilarata magnoque facto feſto & laudibus, & gratiarum actionibus Deo patri exhibitis,venerũt omnes quotquot ibi erant, ſucceſſiue per ordines ſuos videre faciem Domini Dei ſui,& adorantes eum communi reuerentia, & etiam matri eius laudem eidem & cantica perſonabant. Quis enim eorum auditis nouis,remanſiſſet in cælo, quin viſitaſſet Dominum ſuum ſic humiliter conſtitutum in terra? In nullo eorum hæc ſuperbia cadere potuiſſet, Et ideo dicit Apoſtolus. Et cum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit. Et adorent eum omnes Angeli mei. Hæc

me-

meditare de Angelis iucundum
puto, qualitercumque ſe habuerit
veritas. Veneruntque paſtores &
adorauerunt eum, referentes quæ
audierunt ab Angelis. Mater vero
prudentiſſima omnia, quæ de ipſo
dicebantur, conſeruabat in corde
ſuo, illi autem gaudentes abierunt.
Genuflecte & tu qui tantum diſtu-
liſti, & adora Dominum Deum
tuum, & poſtea Matrem eius, &
reuerenter ſaluta ſanctum ſenem
Ioſeph. Deinde oſculeris pedes
pueri Ieſu iacentis in lecto, & roga
Dominam, vt eum tibi porrigat,
vel permittat accipere. Accipies
eum inter brachia tua, retine &
intuearis faciem eius diligenter,
ac reuerenter deoſculare: & dele-
ctare in eo confidenter hoc facere

potes, quia ipſe ad peccatores venit pro eorum ſalute; & cum eis humiliter conuerſatus, & tandem de ipſis dimiſit in cibum: vnde benignitas ſua patienter ſe tangi pro tuo velle permittet: nec imputabit præſumptioni, ſed amori, ſemper tamen cum reuerentia, & timore, more hæc facias, quia ipſe ſanctus ſanctorum eſt. Poſtea redde ipſum matri, & conſpice diligenter, quam ſtudioſe & ſapienter gubernabat eum, lactat, ac cetera ei facit obſequia: ita & tu adiuua eam ſi potes, in his delectare, iucundare, ac ſedulo meditari memento, & quantum potes famuleris Dominæ, & puero Ieſu, & intuearis faciem eius ſæpe, in quam deſiderant Angeli proſpicere, ſem-

r tamen (vt dixi) cum reueren-
a,& timore:ne patiaris repulſam
putare enim te debes indignum
lium conuerſationum. Meditari
ebes etiam cum gaudio, quanta
hodierna ſolemnitas: hodie
amque natus eſt Chriſtus, & ſic
ere eſt dies Natalis regis æterni
filij Dei viui: hodie filius datus
t nobis, & puer natus eſt nobis:
odie ſol Iuſtitiæ qui erat in nubi-
clare refulſit: hodie ſponſus Ec-
leſiæ electorum caput, proceſſit
e thalamo ſuo, hodie deſideratam
aciem oſtendit, forma ſpetioſus
ræ filijs hominum, hodie factus
ſt ille hymnus Angelicus; Gloria
n excelſis Deo: hodie pax homi-
ibus eſt annunciata, vt in eodem
ymno continetur: hodie (vt e-

tiam cantat eccleſia per totum mundum) melliflui facti ſunt cæli & in terra canunt Angeli : hodie primitus apparuit benignitas , & humanitas ſaluatoris Dei noſtri : hodie adoratus eſt Deus in ſimilitudine Carnis peccati : hodie illa duo miracula contigerunt, quæ ſuperant omnem intellectum, & ſola fides apprehendere poteſt : ſcilicet quod Deus naſcitur, & virgo parit : hodie aliorum miraculorum claruit multitudo . Denique omnia quæ dicta ſunt de incarnatione quaſi hic clarius eluceſcunt : ibi inchoata , hic manifeſtata . Vnde nunc illa , & iſtis meditationibus iſta coniunge . Merito ergo eſt dies illa iubilationis , & gaudij , & lętitiæ magnæ nimis . Nam Rom

de quadam Taberna dicta emeritoria, quia milites ibi ſpaciando, & emendo neceſſaria, ea, quæ ſtipendijs ſuis venerant, expendebant: fons olei largiſſimi emanauit de terra, & per totum diem largiſſimo riuo fluxit.

Meditatio tertia. Cap. X.

STabat ergo Domina vigilans & attēta ſuper cuſtodia dilecti filij ſui. O Deus cum quanta ſolicitudine, & diligentia ipſum gubernabat, ne in minimo eſſet defectus, cum quanta etiam reuerentia, & cautela, & quo timore ipſum contractabat, quem ſciebat eſſe Deum ſuum, & Dominum ſuum: flexis genibus accipiebat, & imponebat eum in cunis. Cum quanta etiam

iucunditate &. confidentia, & au
ctoritate materna ipſum amplexa-
batur, oſculabatur, ſtringebat dul
citer, & delectabatur in eo, quem
ſciebat eſſe filium ſuum, quam ſęp
curioſe intuebatur eum in vultu, &
ſingulis partibus eius ſacratiſſim
corporis, quā furioſe, ac pudente
tenella membra faſcia compone-
bat; ſicut enim fuit humillima, ſi
fuit & prudentiſſima, vnde in ſin-
gulis officijs & obſequijs, vigilant
& dormienti ſedulè miniſtrabat,
non ſolum infantulo, ſed grandæ-
uo; O quam libenter cum lacta-
bat, vix fieri potuit, quin magnā
(etiam alijs fœminis in expertam
dulcedinem, in talis filij lactation
ſentiret. Sed & de sācto ſene Ioſep
refert Bern. ſe credere, & puerum

Ieſum ſuper genua ſua tenens ei
dem frequenter arriſit. Stante er
go Domina apud præſepe, & dele-
ctare frequenter cum puero Ieſu
quia virtus exit ab ipſo. Quælibe
anima fidelis, & maxime religioſ
perſona, a die Natiuitatis Domin
vſque ad purificationem, debere
ſaltem ſemel in die, apud prædi-
ctum præſepe Dominam viſitare
adorare puerum Ieſum, & matren
eius affectuoſe meditari de pau-
pertate, humilitate, & benignita-
te ipſorum.



Stupebant ſuper prouidentia & reſponſis eius.

Per la Natiuità del Signore.

I.

B Vono & benigno Iddio,
Che per ſouerchia caritate ar-
dente
ĩ veſtiſti di carne inferma & vile;
he forma di tua mãno, entro'l cuor
mio,
he tua mercè, de i lunghi error ſi
pente
n preſepio gentile.
uiui per noua gratia hoggi rinaſci,
ch'io ti prẽda, & mai piu nõ ti laſci

I I.

ua nel viuo ſaſſo
l mior cuor duro, & di me ſteſſo
pieno

Vna ſpelonca d'humiltà profonda,
Fammi veder quanto io ſon vile, & baſſo
Paglia ſpargendo intorno, e ſtecchi e fieno,
Di che la terra abbonda,
Fammi veder come la vita è vana,
Et fior di fieno ogni grandezza humana.

III.

Perche l'alta ſembianza
Che tu mi deſti, & te ſommo fattore
Io non conobbi, e'l mio felice ſtato,
Sia di ſtolti giumenti il mio cuor ſtanza,
Che meglio han conoſciuto il lor Signore
Ahi maluagio peccato,
Per te nudo di ben, colmo di mali
Va dietro il peccator a gl'animali.

IIII.

Altra notte, altro inuerno
Non fa biſogno, oime, tenebre, e giaccio
Tutto ſon'io pur troppo, & tu lo ſai.
Al cui dolce calore io mi disfaccio
Naſci ch'è tempo hormai.
Fa nel mio freddo oſcuro cuor ritorno,
Et rimena la ſtate, e'l mezo giorno.

V.

Venga nel vile hoſtello
Col buon Gioſeppe, ad albergar Maria,
Ei cõſerui il mio pane, ella lo inuolga,
Et con ſi cari nodi il mio rubello
Cuor ſeco ſtringa, che mai piu non ſia
Chi da lui mi diſciolga.
Al fin, del mio pentir gl'Angiali ſanti
Faccian letitia in Ciel, con dolci Cãti.

Per la Natiuità del Signore.

I.

NElla beata notte.
Piu chiara aſſai che'l giorno,
Che naque in vil Capanna il Redentore
Con infinito amore:
Eran vegghiando intenti
A le care lor greggi, a i lor armenti.

II.

Quando vn' Angiol Beato,
Quaſi lucida aurora
Diſchiarando, anzi il ſol la notte oſcura,
Gl'appare, e di paura
Gli empie; poi li rincora,
Non temete, dicendo,

Ch'vn gaudio annuncio a vuoi grã-
de, e ſtupendo.

III.

Nella Città di Dauid
In queſto giorno è nato,
Il Saluator del Mondo; eccoui il ſe-
In vil preſepio indegno (gno,
Nei panni rauuoltato
Il fanciul trouarete:
Tacque; el ciel riſonò di voci liete.

IIII.

Toſto i Paſtori in fretta
Sen gir per ciò vedere,
E ritrouar Maria col Vecchio ſpoſo,
El Fanciul glorioſo:
Nel Preſepio giacere
Deuoti l'adoraro
Poi lieti à le lor Mandre ritornaro.

Per la Natiuità del Signore.

NEll'apparir del ſempiterno ſole,
Che à meza notte piu riluce intorno
Che l'altra non faria di mezo giorno,
Cantaron gloria gl' Angioli nel cielo:
Et meritaro vdir ſi dolci accenti
Paſtori che guardauano gl' Armenti.
Onde là verſo l'humile Bethlemme
Preſon la via, dicendo andiamo vn tratto,
Et ſi vedrem queſto mirabil fatto.
Quiui trouaro in vili panni auuolto
Il fanciul con Giuſeppe, & con Maria,
O benedetta, & nobil compagnia.

Giunti

Giunti i Paſtori all'humile Preſepe
Di ſtupor pieni, & d'alta merauiglia
L'vn verſo l'altro fiſſero le Ciglia.
Poi cominciaro vicinneuolmente
Con boſcareccie, e ſemplice parole
Lieti à cantar fin che naſceſſe il ſole.

I.

Io, dicea l'vno, alla cappanna mia
Vorrei condurlo, ch'è lontana poco;
Doue, ne cibo mancarà, ne foco.

II.

Io dicea l'altro, alla Città Regale
Con frettoloſi paſſi portarollo
Stretto alle braccia, & attaccato al collo.

III.

Io mi vò por le picciol mani in ſeno,
Et co'l fiato ſcaldar le membra ſue

Mei

Mei che non ſcalda l'aſinello, o'l bue.

IIII.

Et io vò pianger ſi dirottamente,
Ch'empia di calde lagrime vn catino
Doue ſi bagni il tenero Bambino.

V.

Io vò tuor meco vn poco d'eſto fieno,
Ch'è qui d'intorno, e nō hauro paura
D'orſo, ò di lupo, ò d'altra ria vētura.

VI.

Et io del latte, ond'è la faccia aſperſo,
Prender vorrei, ſe non che mi pauēto
Vorrei ſerbarlo in vn vaſel d'argēto.

VII.

Io vò pregarlo con ſommeſſa voce,
Signor perdona li peccati miei,
Che perciò credo che venuto ſei.

VIII.

Et io vò dirli baldanzoſamente,
Faciamo à cambio, tu mi doni il cielo,

Et io t'impreſto hor queſto picciol ve-
(lo

IX.

Io non vò chieder ne Cità, ne regni,
Ma ſol vò dirli con un dolce riſo,
Ben ſia venuto il Re del Paradiſo.

X.

Et io vò gir per l'vniuerſo mondo,
Fin in Turchia gridando ſempremai,
Dio s'è fatto huomo, e tu meſchin
no'l ſai.

IL FINE.

IN ROMA.
Appreſſo Giacomo Maſcardi.
Ad iſtanza di Franceſco Baglier.
Con licenza de' Superiori.

Mei che non ſcalda l'aſinello, o

IIII.

Et io vò pianger ſi dirottamen
Ch'empia di calde lagrime vn c
Doue ſi bagni il tenero Bambi

V.

Io vò tuor meco vn poco d'eſto ſ
Ch'è qui d'intorno, e nõ hauro p
D'orſo, ò di lupo, ò d'altra ria vẽ

VI.

Et io del latte, ond'è la faccia aſ
Prender vorrei, ſe non che mi p
Vorrei ſerbarlo in vn vaſel d'ar

VII.

Io vò pregarlo con ſommeſſa vo
Signor perdona li peccati miei,
Che perciò credo che venuto ſei.

VIII.

Et io vò dirli baldanzoſamente,
Faciamo à cambio, tu mi doni il

Vna ſpelonca d'humiltà profonda,
Fammi veder quanto io ſon vile, & baſſo
Paglia ſpargendo intorno, e ſtecchi e fieno,
Di che la terra abbonda,
Fammi veder come la vita è vana,
Et fior di fieno ogni grandezza humana.

III.

Perche l'alta ſembianza
Che tu mi deſti, & te ſommo fattore
Io non conobbi, e'l mio felice ſtato,
Sia di ſtolti giumenti il mio cuor ſtanza,
Che meglio han conoſciuto il lor Signore
Ahi maluagio peccato,
Per te nudo di ben, colmo di mali
Va dietro il peccator a gl'animali.

Altra

IIII.

Altra notte, altro inuerno
Non fa biſogno, oime, tenebre, e giaccio
Tutto ſon'io pur troppo, & tu lo ſai.
Al cui dolce calore io mi disfaccio
Naſci ch'è tempo hormai.
Fa nel mio freddo oſcuro cuor ritorno,
Et rimena la ſtate, e'l mezo giorno.

V.

Venga nel vile hoſtello
Col buon Gioſeppe, ad albergar Maria,
Ei cõſerui il mio pane, ella lo inuolga,
Et con ſi cari nodi il mio rubello
Cuor ſeco ſtringa, che mai piu non ſia
Chi da lui mi diſciolga.
Al fin, del mio pentir gl' Angioli ſanti
Faccian letitia in Ciel, con dolci Cãti.

Per la Natiuità del Signore.

I.

NElla beata notte.
Piu chiara aſſai che'l giorno,
Che naque in vil Capanna il Redentore
Con infinito amore:
Eran vegghiando intenti
A le care lor greggi, a i lor armenti.

II.

Quando vn'Angiol Beato,
Quaſi lucida aurora
Diſchiarando, anzi il ſol la notte oſcura,
Gl'appare, e di paura
Gli empie; poi li rincora,
Non temete, dicendo,

Ch'vn gaudio annuncio a vuoi grā-
de, e ſtupendo.

III.

Nella Città di Dauid
In queſto giorno è nato,
Il Saluator del Mondo ; eccoui il ſe-
In vil preſepio indegno (gno,
Nei panni rauuoltato
Il fanciul trouarete:
Tacque ; el ciel riſonò di voci liete.

IIII.

Toſto i Paſtori in fretta
Sen gir per ciò vedere,
E ritrouar Maria col Vecchio ſpoſo,
El Fanciul glorioſo:
Nel Preſepio giacere
Deuoti l' adoraro
Poi lieti à le lor Mandre ritornaro.

Per

Per la Natiuità del Signore.

NEll'apparir del ſempiterno ſole,
Che à meza notte piu riluce intorno
Che l'altra non faria di mezo giorno,
Cantaron gloria gl'Angioli nel cielo:
Et meritaro vdir ſi dolci accenti
Paſtori che guardauano gl'Armenti.
Onde là verſo l'humile Bethlemme
Preſon la via, dicendo andiamo vn tratto,
Et ſi vedrem queſto mirabil fatto.
Quiui trouaro in vili panni auuolto
Il fanciul con Giuſeppe, & con Maria,
O benedetta, & nobil compagnia.

Giunti i Paſtori all'humile Preſepe
Di ſtupor pieni, & d'alta merauiglia
L'vn verſo l'altro fiſſero le Ciglia.
Poi cominciaro vicinneuolmente
Con boſcareccie, e ſemplice parole
Lieti à cantar fin che naſceſſe il ſole.

I.

Io, dicea l'vno, alla cappanna mia
Vorrei condurlo, ch'è lontana poco,
Doue, ne cibo mancarà, ne foco.

II.

Io dicea l'altro, alla Città Regale
Con frettoloſi paſſi portarollo
Stretto alle braccia, & attaccato al collo.

III.

Io mi vò por le picciol mani in ſeno,
Et co'l fiato ſcaldar le membra ſue

Mei che non ſcalda l'aſinello, o'l bue.

IIII.

Et io vò pianger ſi dirottamente,
Ch'empia di calde lagrime vn catino
Doue ſi bagni il tenero Bambino.

V.

Io vò tuor meco vn poco d'eſto fieno,
Ch'è qui d'intorno, e nõ hauro paura
D'orſo, ò di lupo, ò d'altra ria vẽtura.

VI.

Et io del latte, ond'è la faccia aſperſo,
Prender vorrei, ſe non che mi pauẽto
Vorrei ſerbarlo in vn vaſel d'argẽto.

VII.

Io vò pregarlo con ſommeſſa voce,
Signor perdona li peccati miei,
Che perciò credo che venuto ſei.

VIII.

Et io vò dirli baldanzoſamente,
Faciamo à cambio, tu mi doni il cielo,

Et io t'impreſto hor queſto picciol ve-
(lo.

IX.

Io non vò chieder ne Cità, ne regni,
Ma ſol vò dirli con un dolce riſo,
Ben ſia venuto il Re del Paradiſo.

X.

Et io vò gir per l'vniuerſo mondo,
Fin in Turchia gridando ſempremai,
Dio s'è fatto huomo, e tu meſchin-
no'l ſai.

IL FINE.

IN ROMA.

Appreſſo Giacomo Maſcardi.

Ad iſtanza di Franceſco Baglier.

Con licenza de'Superiori.

2951958

2102

D.

G. Z.

Digitized by Google